Tace tu nūc iusticia nec mihi molesta sis
quoniā scriptū est. Miseratōes dñi super
oīa opa eius. vñ resumptis viribꝫ Dauid
ait dño. Just⁹ q̄dem es dñe ⁊ rectū iudici
um tuū. fac tñ cum seruo tuo ꝟm miscdiaz
tuā. Remiscere miserationū tuaꝝ dñe. me
mor esto cōgregatiōis tue dñe quā posse/
disti ab initio. Fiat miscdia tua dñe super
nos quēadmodū sꝑauim⁹ in te. Tūc ⁊ om
nes sancti patres clamātes dixerūt. Ne re
miniscaris dñe delicta nostra vel ꝑentum
nostroꝝ: neqz vindictā sumas de peccatis
nostris Thob. iij. Vt q̄d dñe repulisti in
finē iratus ē furor tu⁹ sup oues pascue tue
Ostēde nobis dñe miscdiam tuā ⁊c̄. Ita/
qz miscdia cōpatiens generi humano di/
xit ad dñm. Tu exurgens dñe misereberꝫ
syon q⁊ tp̄s miserendi eius q⁊ venit tp̄us.
Nōne tibi dñe ꝓpriuz est msereri: magisqz
tue bonitati ꝯuenit ꝟm miscdiam agere q̄z
ꝟm merā iusticiā. Audiēs dauid miscdiaz
loqui ꝓ se gratias agens dixit. Misericor
dias dñi in eternū cantabo. Sed ⁊ gen⁹
humanū audiēs ꝓ se esse miscdiā cepit for
titer clamare. O dei miscdia. o dei imensa
pietas. o dei bonitas. Miserere nostri do
mine miserere nostri. Fiat miscdia tua do
mine sup nos ⁊c̄. Exurge dñe adiuua nos
⁊ libera nos ꝓpter nomē tuū. Placat⁹ ita/
qz deus dixit ad dauid. Vade q⁊ visitabo
vos ⁊ suscitabo sup vos verbū meū bonū
vt reducā vos Hiere. xxix. Prostratus da
uid et gratias agens dixit. Cōfitebor tibi
dñe in toto corde meo. Narrabo oīa mi/
rabilia tua letabor et exultabo in te psallā
nomī tuo altissime. Narrabo nomē tuum
fratribꝫ meis in medio iustoꝝ laudabo te.
Reuersusqz dauid ad suos ait cū gaudio.
Qui timetis deū laudate eū vniuersum se
men Jacob glorificate eū. qm̄ nō spreuit
neqz despexit dep̄cationē paupis ⁊c̄. In/
tellexi a dño qm̄ in eternū seruabo Dauid
miscdiam meā et testamētū meū fidele ip̄i.
Tūc oēs scti patres leti effecti deo gratias
reddiderūt eū laudātes et dicētes. Bñdi/
ctus es dñe deus patrū nostroꝝ. bñdict⁹
es dñe qui intueris abissos. Bñdictus es
sup thronū maiestatis et laudabilis et glo
riosus in secula.

¶ Articulus secūdus ꝑ modū historie: q̄/
liter determinatū est ꝑ diuinā sapientiā vt
homo redimat. vbi p̄mo ponit allegatio
miscdie. scdo oppositio iusticie. tercio deter
minatio sapientie. Capl'm. I.

Secundū miste
riū dicit determīatōis. Gran
dis nēpe questio orta est inter
dei miscdiam et iusticiā ac ve
ritatē de homīs liberatōe. q̄ quidē ꝑ filiuz
dei scz sapientiā hoc mō determinata est.
Et hāc imaginationē ponit beat⁹ Bern.
sup missus est. Circa hec aūt tria ꝯtemple
mur. Primo miscdie allegationē et ꝓbati/
onē. Nā miscdia dicebat. Piū est homini
misero ꝑ se surgere nō valenti misereri. Et
hoc ꝓbat pluribꝫ modis et rōnibꝫ.

Primo ex lege diuina.
Scdo ex lege canonica.
Tercio ex lege ph̄ica.
Quarto ex lege ciuilica.

Prima ratio accipit ex lege diuīa. quoniā

ſcptũ eſt p ꝓphetã: Miſcõia dñi ab eterno vſq̃ in eternũ ſup timẽtes eũ. Et iterꝝ. Aunq̃d obliuiſcet miſereri de⁹ aut ꝓtinebit ĩ ira ſua miſcõiam ſuã ꝛc. igit ꝛc. Et cõfirmabat ſic. Indecẽs eſt ꝛ oĩno illicitũ deũ ſũme miſericordẽ ſicut oĩs lex diuĩa ꝛ ꝓphete clamãt ſummã miſcõiam nõ oñdere. Suauis em dñs vniuerſis: ꝛ miſeratões eĩ⁹ ſup oĩa opa eĩ⁹: g inq̃t tu de⁹ ꝶ ſup oĩa miſericordiſſimũ opus facere debes teĩpm p redẽptiõe hoĩs exhibẽdo. Scõo pbabat rõne ſumpta ex lege canonica. Quia qõ ſel' placuit amplĩ⁹ diſplicere nõ pt. extra de regu. iu. li. vj. Deo aũt placuit hoĩem creaſſe ad hũc finez. ſ. ad bũtudinẽ. g reduci dz ꝛ reparĩ ad eandẽ miſericorditer poſt lapſuz. Itẽ odia ſũt reſtringenda: fauores ampliãdi: vt dicit ibidẽ. ſcz de regu. iu. li. vj. Et de pe. di j. pene. Odioſum aũt fuit pcm Ade ꝛ meruit penaz. Jõ ꝓgruũ ẽ o dñe de⁹ vt ꝓm tuã miſcõiam amplĩes ei fauorẽ clemẽtie ꝛ miſatõis tue ĩdulgendo ei⁹ pctõ. Tercio pbat rõne ſumpta ex lege pbica: quia vnicuiq̃ rei cõueniẽs eſt illud qõ cõpetit ſibi ꝓm ſuã ꝓprietatẽ naturalẽ: vt dicit Ariſto. ꝛ Porphiri⁹ lib. de vlĩ. Proprũ inq̃t eſt qõ vni ſoli ꝛ ſp ꝓuenit: vt homĩ ridere: vel rõcinari ꝛc. Dz deo ꝓprũ ẽ miſereri. vt canit eccl̃ia. De⁹ cui ꝓprũ eſt miſereri. g ꝛc. Et ꝶ ꝓfirmat p exẽpla naturalia q: pietas ꝛ miſcõia ꝓpria eſt nobiliꝫ ꝛ magnanimis anialiꝫ. Nobilis em ira leonis pcere pſtratis: Dz ꝛ vrſus anĩal iratũ diſſimũ ꝛ aper ferociſſim⁹ pcere nozunt pſtratis. Idcirco cõueniẽs eſt vt de⁹ miſereat hoĩ p ſtrato p pnĩe hũilitatẽ. Quarto ex lege ciuilica: q: dolus alicui⁹ nõ dz ſibi patrocinari vt exinde pmũ vel lucruz aſſequat. ff. de dolo malo. l. Ne ex dolo ſuo lucret. nec debet q̃s ꝓſeq̃ emolimẽtuz de mẽdacio ſuo. vt ff. de natalibꝫ reſtituẽdis. l. j. Dz q: ſerpens fraude Adã ꝛ Euã decepit vt in ſeruitutẽ ꝛ captiuitatẽ eos redigeret. Jõ maleficia ſerpentis lucrum ꝛ emolimẽtũ habere nõ debent: vinculis ſuis ſemp homĩes detinẽdo. Item deceptis ꝛ nõ decipiẽtibus iura ſubueniunt. ff. ad velleianũ. l. ij. Verba. ꝛ. ff. de in integrũ reſtitutiõibꝫ. §. finali. Debet ergo ius diuinũ ſubuenire decepto hoĩ ꝛc.

Capitulum. II.

Secũdo circa hanc q̃ſtionis deciſionẽ ꝓtẽplemur veritatẽ ꝛ iuſticie opinionẽ. Cũ em talibꝫ rõnibꝫ miſcõia incliaret deũ prẽz ad miſandũ ꝛ redimẽdũ hoĩem. ꝟitas obſtabat di. O miſcõia q̃d tu loq̃ris? Aũq̃d vis me pire. Tu em dñe deus cũ ſis de⁹ ꝛ nõ mẽtiaris. Nã ſcriptũ eſt. Veritas dñi manet in eternũ. p ps. Dz tu dixiſti hoĩ. Quacũq̃ hora comederitꝭ morte moriemĩ Gen. ij. ca. g oportet q̃ iſta ſentẽtia tua ſtet fixa in ꝟitate ꝛ ſic homo in morte maneat. Ad hec miſcõia: reſpondẽs ait. Nonne vbi ſcriptum eſt. Veritas dñi manet in eternũ. ĩmediate pmiſſum eſt. Quoniam ꝓfirmata eſt ſup nos miſcõia tua. Facienda eſt ergo hec miſericordia homĩ vt liberetur ꝓpter me: ne forte ipſe deus videat eſſe ĩmiſericors. ſed ꝛ tu veritas debes mihi conſentire in hoc. Ne autem obſtet veritas illius ſententie: quam allegaſti ſcz Quacunq̃ hora comederitis morte moriemini. Fiat hoc modo: vt homo ꝛ moriatur ꝛ qõammõ nõ moriatur ꝓpter me. moriatur quidem corꝑaliter. cuius q̃dem mortis neceſſitatem incurrit p illam ſententiã: ſed nõ moriatur morte eterna. In hoc enim mihi conſentire debes: quoniã ſcriptuz eſt. Aunq̃d in eternũ pꝟciet deus aut in finem miſericordiam ſuam abſcidet a generatione in generationem ꝛc. Ait veritas. Vere tibi non conſentire aſperuz eſt ꝛ crudele iudico: quoniam ſcriptuz eſt. j. Chorin. xiij. Nõ eſt diſſensionis deus ſed pacis: libeat ergo miſereri homĩ hoc modo quo nõ derogat veritati. Iuſticia vero videns veritatẽ conſenſiſſe ait ad eas. Quid facitis o miſericordia ꝛ veritas: nunquid deus ſubuertit iudicium Job. xxxiij. Scriptuz eſt enim iuſt⁹ dñs ꝛ iuſticiam dilexit: equitatez vidit vultus eius. ps. Nõ ergo pmittam ſic homini miſereri vt excludar. Iuſticia quippe requirit vt ſicut ſcriptum eſt Eſa. xxvj. Tollatur impius ꝛ peccator ne videat gloriaz dei ꝛc.

Miſericordia ait. O iuſticia nõ ſis mihi cõtraria ſed fiat homini miſericordia ſaltem ꝓpter me ſi nõ ꝓpter Adam: quia ꝛ ſcriptum eſt p pſal. Miſerationes dñi ſup oĩa opa eius: g ꝛ ſup iuſticiaz. vñ ꝛ tu mihi debes conſentire vt homo miſericordiã cõſequatur. Iuſticia ait: nõ poſſum aliter con

sentire nisi ⁊ mihi satisfiat: nec decz vt deus tm̃ agat ꝓm miscõiam sz ⁊ ꝓm iusticiã. Fiat ergo mihi satisfactio de pctõ hoīs vsqꝫ ad nouissimũ q̃drantẽ dicẽte scp̃tura, Amẽ q̃p pe dico vobis nõ exibit inde hõ nisi reddat nouissimũ q̃drantẽ Mat. v. Hoc facto tibi bñ ꝯsentire possum vt hõ liberek: alias ego pibo. Et vñ Anshel. li. j. cur deꝰ hõ. ca. xij. dicit, Liberior in q̃t esset iniusticia si sola mi sericordia dimitterek: dimittere q̃ppe pctm̃ sine satisfactiõe nõ est aliud q̃z nõ punire. si aũt pctm̃ nõ punik inordinatũ aliq̃d dimit tik quod nõ decet regnũ dei, g̃ ⁊c.

Capitulum, III.

Tercio ꝯtẽplemur circa ꝗ diuine sapiẽtie diffinitõez siue ꝯclusiõez, nã tot ꝯtrarietatib̃ motis deꝰ pater de dit omne iudiciũ facere filio sicut scp̃tum est Joh. v. ⁊ mãdauit istud decernere. Filiꝰ autẽ q̃ ⁊ sapiẽtia dei patris ẽ ꝓm aplm. j. Chor. j. Auditis allegatõib̃ vtriusqꝫ partis dixit: Justicia dicit perij si Adã nõ maneat ĩ morte. Alia aũt dicit perij si Adã miscõiam nõ ꝯseq̃k: hec est g̃ diffinitiua sentẽtia sup ꝗ. Fiat pena ⁊ mors bona Ade ⁊ habebit vtraqꝫ qd̃ petit. obstupuerũt oẽs ⁊ dixerũt: Quõ fiet istud cũ pena sit amara ⁊ mors pctõrũz pessima teste scp̃tura: quõ g̃ erit bona? Judex ait, Querak ex filij Ade aliq̃s q̃ oĩno sit iustꝰ ⁊ absqꝫ omni pctõ etiã originali q̃ nõ sit dignꝰ morti: ⁊ iste moriak ex charitate ⁊ puniak ꝓ hũano genere: cũ nõ sit debitor mortis ⁊ pene satisfit iusticie ⁊ hoĩ miscõia impendek. Currit g̃ ꝗtas ⁊ circũiuit orbẽ terre ⁊ q̃rit si inueniat talẽ innocẽtẽ ⁊ nemo est inuẽtus mũdꝰ a sorde nec infans cuiꝰ ẽ vnius diei vita sup terrã teste scp̃tura. Tũc cuz rediret miscõia ⁊ ꝗtas obuiarũt sibi. s. mutuo. Et q̃siuit miscõia si inuenisset iustũ, illa rñdit. Oẽs declinauerũt sil' iutiles facti nõ est q̃ faciat bonũ nõ ẽ vsqꝫ ad vnũ, teste ps. Tũc ⁊ iusticia ait. Et si inuenirek talis iustꝰ sz purꝰ hõ quõ eiꝰ morte vel pena satisfieret ꝓm dei iusticiã de pctõ hoĩs, Cũ pctm̃ hoĩs sit infinite grauitatis: tũ qz ꝗ bonitatẽ infinitã, tũ qz hoĩem infinito bono ꝓuauit: tũ q̃z qz infinita indiuidua hũani generis in potẽtia corrupit sicut patebit ꝯte ꝓma hui li. ar. ij. ca. ij. in medio. Oĩs aũt hõ purꝰ finiti est meriti, igit ⁊c. Tunc ait diuina charitas Quicq̃d in hac re cõtendatis ꝗ est iudiciũ: vt deꝰ fiat homo iustissimꝰ ⁊ absqꝫ pctõ: ⁊ ex charitate satisfaciat ꝓm merã iusticiã sua pena ⁊ morte ꝓ hoĩe. Sicqꝫ miscõie ⁊ iusticie satisfit ⁊ cũ hoc charitas dei infinita manifestabit: cũ sic deꝰ hoĩem dilexerit ⁊ lauerit cuz a pctis suis in sanguine suo. Sup hac sentẽtia pacata ẽ iusticia ⁊ osculũ pacis dedit miscõie ⁊ charitati: ⁊ tunc iusticia ⁊ pax osculate sũt. Tũc deꝰ pater ait: Oia in sapiẽtia fecimꝰ mũdũ creãdo: sic omnia in sapiẽtia. i. in filio faciemꝰ mũdũ repando. Ait filius: ecce ego vt fiat ista miscõia charitas iusticia ⁊ ꝗtas in ꝓmissione. In capite q̃ppe libri scriptũ ẽ de me: vt facerẽ volũtatẽ tuaz ⁊ sic determinatũ ẽ: vt filiꝰ dei sit hõ: ꝓ incarnationẽ q̃z eiꝰ ⁊ passionẽ liberek hõ. O igit ania fidelis. O xpi sanguĩe redempta vide q̃nta charitate deꝰ te amauit vide q̃nta eius miscõia erga te extitit: q̃nta bonitas: vt ipse ꝓ te pctõre voluerit in seipo satisfacere ⁊ cũ resurgere nõ posses ipe ꝓ te subleuando seipm subiecerit. Exinaniuit ꝓ te semetipm ⁊ formã serui accepit: q̃ pctã tua ipe ꝯtulit in corpe suo: vt peccatis mortua iusticie viuas. O gratiosissima diuĩe sapiẽtie diffinitio: vt deus sit hõ cuiꝰ passione redimak hõ. O felix culpa inquit Greg. q̃ talẽ meruit habere redẽptorẽ. O bẽignissime deꝰ tibi q̃d ꝓ bis referamꝰ laudis ⁊ gratiarũ actõis si millesies nos ꝓ te impẽderemꝰ minimũ esset ad id qd̃ tibi ex equo debemꝰ ꝓ tam pio dono et beneficio immẽso.

¶ Articulꝰ terciꝰ qualis cõditõis debuit eligi ⁊ esse mater dei ⁊ dñi ihu xpi.

Terciũ misteriũ dicit maternalis electiõis. Circa qd̃ ꝓ ꝯtinuatiõe hystorie ꝓcedentis possumꝰ ꝯtẽplari: q̃ post q̃z patrib̃ sanctis innotuit: q̃ dei filiꝰ de sua matre ꝓelectissima incarnari deberet: ꝯsilio inito dixerũt ad inuicẽ illud, ij. Reg. j. Quaramꝰ inquit nũc adolescentulã virginẽ speciosam q̃ stet corã rege ⁊ seruiat ei ⁊c. Talẽ inquã que digno suscipiat hospitio deũ nostrũ: nec in ea inueniak qd̃ oculos sue maiestatis offendat: ne forte inducat sup nos maledictionẽ ꝓ bñdictõe Beñ. xxvij. Tunc inter eos Job dixit qd̃ scriptũ est. ca. xj. Forsitan vestigia dei cõprehẽdemꝰ ⁊ vsqꝫ ad pfectum oĩpotẽtẽ repiemꝰ excelsior celo ẽ ⁊ vñ

cognoscem⁹,q,d,nō possum⁹nos istud per oīa pfecte scire q̄t ⁊ q̄ntis pfectōib⁹ dei mat debeat fulgere. Sz hec ad sapiam dei pti net declarare. Exurgēs q̄z ib⁹ fili⁹ syrach q̄ ⁊ ecclīastic⁹ appellat dixit qd̄ scp̄tū est. ca.j. Oīs sapia a dño deo est. Arenā mar ⁊ pluuie guttas ⁊ dies seculi q̄s dinumerauit: sapiētiā dei p̄cedētē oīa q̄s iuestigauit: radix sapie cui reuelata ē: ⁊ astutias ei⁹ q̄s agnouit: Un⁹ est altissim⁹ creator oīm: oīpotens ⁊ dñans de⁹: ipe creauit illā sczpginē matrē suā, i, creandā p̄uidit ab eterno ⁊ mltis pfectionib⁹ decorādā, seq̄tur Ipe sol⁹ vidit ⁊ dinumerauit ⁊ mēsus est ⁊ exaltauit eā super oīa opa sua ⁊ sup omnē carnē fm datū suū Hec ibi. Dixerūt itaq̄ mittam⁹ ḡ ad d̄i sapientiā legatū ⁊ doceat nos q̄lis cōditiōis eē debeat ⁊ q̄ntis fulgere debeat ornatib⁹ pfectionū ipa q̄ diḡ est eligi in matrē dei. Dixerūt igit Dauid q̄ veniēs ait ad diuinā sapientiā, Dñe ad te ⁊fugi doce me facere voluntatē tuā q⁊ de⁹ me⁹ es tu: spūs q̄ppe tuus deducet me in terrā rectā, ⁊pter nomē tuum dñe viuifica me in eq̄tate tua. Scio em̄ q⁊ btūs quē tu erudieris dñe ⁊ de lege tua docueris eū ⁊c. Doce ḡ me tuā volūtatē de matris eligende ⁊ditōe. Rndens q̄z diuīa sapientia ait illud Deut. vj. Obserua et audi q̄ ego loquor tibi hodie. Ipa q̄ppe ygo q̄ deum debuit cōcipe debuit esse femīa amicta sole charitat: ⁊ luna mūdane instabilitatis sub pedib⁹ ei⁹ p ⁊ēptum oīm terrenor: ⁊ in capite ei⁹ corona, xij, stella ⁊, q⁊, xij, cōditio⁊ nib⁹ nobilitatis debuit fulgere ⁊ gliari que sequūt in trib⁹ q̄ternarijs distincta. Prim⁹ q̄ternari⁹ accipit ex pte corpis. Scōus ex pte anīe, Terci⁹ ex pte vtriusq̄. Haz ex pte corpis debuit esse.

Primo formosissima.
Scōo nobilissima.
Tercio de Dauid stirpe regia.
Quarto nomie Maria.

Secūdo ex pte anīe debuit esse.

Primo a pctō purissima.
Scōo ytutib⁹ adornatissima.
Tercio sanctitate excellētissima.
Quarto dono dei pfectissima.

Tercio ex pte vtriusq̄ debuit esse.

Primo virgo castissima.
Scōo voto Joseph ⁊secrata.
Tercio viro desponsata.

Quarto in nazareth cōmorata.

Capitulum.I.

Prima itaq̄ stella q̄ gloriat btā ygo dicit formositas. ipa em̄ debuit eē ⁊ fuit ygo pulcherrima corpe ⁊ aīa iuxta illud Can, iiij. Tota pulchra es amica mea ⁊c. Circa qd̄ querit: vtrū cōgruuz erat dei matrē esse pulcherrimā pulchritudine corpali. Arguit q̄ nō q⁊ in matre xpi nil debuit esse de vanitate. Sz fallax grā ⁊ vana ē pulchritudo Prouerb, vlt, ḡ ipa nō debuit eē pulchra. Preterea pulchritudo in femīa ē occasio pīculi. Un Ecci, ix. Virginē ne ⁊spicias ne scādalizeris ī pulchritudine ei⁹. Et iterx. Propt specie mulier multi pierunt. Sz btā virgo oīb⁹ debuit esse cā salutis ⁊ nulli cā peundi: ḡ nō debuit eē pulchra corpaliter. Primo de⁹ in incarnatōe maximā debuit oñdere hūilitatē, iuxta illd Phil, ij. Exinaniuit semetipm formā serui accipiēs: sz maior est hūilitas carnē accipe de deformi q̄z de pulchra: ḡ mater dei debuit esse deformis. Ad hanc q̄stionē. Rndet q̄ mater dei nō debuit eē deformis sed pulcherrima etiā corpali pulchritudīe: ⁊ h̄ pluribⁿ rōnib⁹ q̄s ponit magn⁹ Albert⁹ supermissus est, ca, xlij.

Primo rōne pfiguratōis.
Scōo rōne designatōis.
Tercio rōne assimilatōis.
Quarto rōne ytutis laudabilioris.

Primo inquā rōne pfiguratōis: figura em̄ siue signū habere dz similitudinē cuz signato: sed oēs mulieres pfigurātes matrē xpi fuerunt pulcherrime: sicut claret de Hester cōiugata Judith vidua Rachel et Rebecca ygin⁹ teste scp̄tura sacra Scōo rōne de signatiōis scz interioris pulchritudīs: nā p pulchritudinē exteriorez ducit intellect⁹ ad interiora q⁊ nobiliori ⁊ pulchriori anīe debet nobili⁹ ⁊ pulchri⁹ corpus. Hā materia ⁊ forma debēt esse ⁊pportionata fm phm, ij, li, de anīa. Un ⁊ corp⁹ hūanū nobili⁹ ⁊ pulchri⁹ est oīb⁹ corpib⁹ brutor, ⁊pter vnionez ad aīam nobiliorē vicz rōnalē. Cū ḡ in btā ygine fuerit pfectissima pulchritudo anīe: debuit esse ⁊ pfectissima post xpm pulchritudo corpis. Tercio rōne assimilatōis. Haz phus. ij. li, phisico, dic, q̄ natura ē vis insita rebus similia ex similibus ⁊creans: nisi ḡ natura erret vel impediat: fili⁹ erit similis pri vel

matri. Sz qm̃ filij bñdicte ỹginis xp̃s fuit
z debuit eē pulcherrim⁹. iuxta illud Dauid
Speciosus forma p̃ filijs hoim̃: nec p̃t im
pedimētū h̃ ꝓcurrere cū nascit xp̃s de mre
sine pne spūsctō opante: cui⁹ pfectissima sūt
opa: g̃ sicut filij⁹ fuit pulcherrim⁹: Ita z mat
Nō em̃ pōt arbor bona fruct⁹ malos face
re z ecōuerso Mat. vij. Quarto rōne vir
tutis laudabilioris. btā em̃ ỹgo fuit castissi
ma z ei⁹ castitas laudabilissima: sz laudabi
lior ē castitas ī pulchris. Sic g̃ alie sctē vir
gines laudant̃ de pulchritudīe corpali: qñ
ꝓiūcta ē spūali. put canit ecclia de q̃busdam
dī. Pulchra facie sz pulchrior fide beata es
zc. Ita btā virgo omī laude dignissima ml'
to magis debuit cōmēdari de castitate in sū
ma pulchritudīe corpali. q̃lis aūt pulchritu
dinis erat patebit infra. li. v. p. ij. ar. ij. p to
tū. Ad argumēta in oppositū. Ad pmum
rñdet̃ fm cundē Alb. vbi s̄. q bñ sola cor
poralis pulchritudo vana ē: nō aūt qñ ꝓiū
cta est spūali: qz tūc virt⁹ cōmēdabilior red
dit̃ vt patebit. Ad scōm dicit̃ fm cundem
ibidē: q corpalis pulchritudo ī suo genere
bona ē: licz mali qñq̃ ex h̃ scādalizant̃ z oc
casionē pculi accipiūt. Scādalū aūt malo
rū vit vel nūq̃ caueri pōt. Nā z in deo qui
sūme bon⁹ est mali scādalizant̃: qm̃ demōes
z dānati in dei iusticia q̃ optima ē scandali
zant̃: teste p̃s. Supbia eorū q te oderūt ascē
dit sp: boni aūt z sctī edificant̃. Talis g̃ oc
casio mali siue scādali passiui nō est vitium
bonā naturā habētis: sz culpa patiētis: ꝓpt
hoc g̃ nō debet dimitti qd̄ bonū est z cōgru
um: sicut nec ꝓter malorū scādalū dei iusti
cia dimittēda est. Pōt etiā ad h̃ dici q pul
chritudo btē virginis nulli occasio mali vl'
scādali fuit: qz fm Bonauē. ipe spūsctūs re
plens virginē p̃cauebat ne vnq̃ ab aliq̃ cō
cupisceret: vt lati⁹ dicet̃ in alijs libris. Ad
terciū dicit̃ q nō fuit cōgrua talis humilia
tio deo q̃ humilitatē z castitatē matris mi
nus cōmēdabilē redderet z minueret. Naz
neq̃ laude dignū opinio iudicaret si virgo
deformis humilis esset z q̃si despecta viris
virgo pmaneret. Hec Alber. vbi s̄. Patz g̃
q btā virgo fuerit pulchra.

¶ Capitulum. II.

Secūda stella dicit̃ nobilitas qz btā
virgo fuit z debuit esse ỹgo nobilis
sima. Et h̃ fm Albertū. vbi s̄. ca. iv.
pluribꝰ rōnibus. Primo rōne exaltatōis
ipa em̃ debuit exaltari sup oēs hoīes z an
gelos: g̃ debuit sup omēs hūilior z virtuo
sior esse. Sz vt dicit Bern̄. Nobilior z cō
mēdabilior est hūilitas in nobili q̃q̃ in igno
bili z abiecto. vt igit̃ digna sit sup omēs ex
altari debet z debuit nobilitate generis fun
gi in qua maior z laudabilior ei⁹ virginitas
foret. Nā Aug⁹. dicit. q nūq̃ btā virgo fu
isset sup omīs choros exaltata nisi fuisset su
per omēs hoīes humiliata. Secō rōne
ꝓformatōis: qz em̃ vt dicit̃ Eccī. xvij. Omē
animal diligit sibi simile. z fm ph̄m. Sil'e ap
plaudet simili. Vñ z reges de stirpe regia
volunt accipe sibi sponsas z nobiles de no
bili. Cum g̃ xp̃s deus sit infinite nobilitatis:
quia a patre nobilissimo scz deo eternaliter
genit⁹: genitura dignissima. Igit̃ debuit et
matrē ꝓformiter nobilem habere. Tercia
rō gratificatōis: qz vt dicit Hiero. Seruitia
ingenua sunt gratiora. sed btā virgo de
buit seruire dei filio: ergo vt magis sint gra
ta ei⁹ seruitia debuit esse ingenua z specta
bilis genere. De hac ei⁹ nobilitate latius li.
xj. p. ij. ca. j. ar. j.

¶ Capitulum. III.

Tercia stella q̃ gloriat̃ dña nostra di
cit̃ Dauid generositas. Nā mater
dei debuit esse de stirpe Dauid re
gis: qz vt scriptura testat̃: ipsi Dauid facta ē
pmissio de xpo. iuxta illud p̃s. Jurauit do
min⁹ Dauid veritatē z nō frustrabit̃ eum de
fructu ventris tui ponā sup sedē tuam. Vñ
z Esa. xj. ca. Egredietur virga de radice iesse:
q̃ quidē fuit pater Dauid: z flos de radice
eius ascēdet zc. Proinde angel⁹ annūcians
beate ỹgini xp̃m dixit de eo. Dabit illi dñs
deus sedē Dauid patris ei⁹ fm Nico. de ly
ra. Intelligendo de tpali sede vel regno Da
uid: xp̃s nō sedit sup sedē Dauid: imo istud
negauit coram Pylato Joh. xviij. di. Regnū
meū nō est de hoc mūdo. Loquit̃ ergo hic
angel⁹ de regno spūali z celesti: qd̄ figurat̃
fuit p regnū tpale Dauid: sicut z celest̃ hie
rusalē p tpalem zc. Claret g̃ q btā virgo fu
erit de Dauid stirpe regia z a deo electa.

¶ Capitulum. IIII.

Quarta stella dicit̃ nomīs dignitas
nam mater dei debuit nomiari hoc
nomīe dignissimo Maria. qz con
gruenti⁹ p hoc nomē exp̃mit̃ eius virgina-

lis ⁊ dignissima conceptio q̃ p qd̃cũq̃ aliud nomẽ. Vñ Bern̄. sup missus ē dicit. Loquamur pauca de hoc noīe Maria qd̃ interp̄tat stella mar̄ qd̃ matri ꝓgini valde cõgruenter adaptat: ipsa nanq̃ aptissime sideri comparat: qz sicut sine sui corruptione sidus emittit radiũ: sic sine sui lesiõe ꝓgo ptuliuit filiũ. Nec sideri radi⁹ minuit suã claritatẽ: nec ꝓgini filij⁹ suã integritatẽ: ipe nãq̃ ē stella nobilissima ex Jacob orta. cui⁹ radi⁹ vniuersum orbẽ illuminat: cui⁹ splẽdor etiã ꝑfulget in supnis ⁊ inferos penetrat. Hec Bern̄. Merito igit a stella nomẽ accipe debuit mr̄ dei: qz sic erat ꝓphetatũ Num̄. xxiiij Orietur stella ex Jacob ⁊ qz magis ei⁹ virginali ꝓceptioni ꝓgruit. de q̃ hic ptrãseo breuiter qz lati⁹ libro. vj. tractatur⁹ sum de eo.

¶ Capitulum. V.

Quinta stella in ordine: ⁊ ꝑma scdi q̃ternarij dicit puritas. Nã ipa bñdicta ꝓgo q̃ dei mater erat eligẽda debuit esse ꝓgo purissima ab omni pctõ immaculata: sicut q̃ ꝑdictũ est Cañ. iiij. Tota pulchra es ⁊ macula. s. peccati nõ est in te: rõ qz nõ decebat dei matrẽ esse alicui⁹ peccati cõtagione maculatã. Nõ em̄ habitat deus in ania vel corpe subdito pctis Sap̄. j. Hinc Anselm. d̃ ꝓceptu ꝓgi. ca. xviij. Decebat vt ꝓceptio illi⁹ hois ex matre fieret purissima tanta puritate q̃ sub deo nequit maior intelligi cui de⁹ pater suũ vnigenitũ quẽ de corde suo genuit equalẽ sibi ita dare disposuerat: vt esset vn⁹ ⁊ idez dei filij⁹ ⁊ ꝓginis filij⁹. ⁊ quã ipe filij⁹ specialit sibi matrẽ eligebat ⁊ de qua spũsctũs opatur⁹ erat vt ex ipa ꝓciperet ⁊ nasceret ille de q̃ ꝑcedebat. Hec Anselm.

¶ Capitulum. VI.

Sexta stella q̃ gloriat dei mater dicitur ꝓtuositas. Debuit em̄ mat dei eligi talis virgo q̃ foret ꝓtutib⁹ adornatissima. qm̄ de ipa scriptũ ē Eccli. xxiiij In me oīs gratia vie ⁊ veritatis: in me oīs spes vite ⁊ ꝓtutis. Rõ. qz Bern̄. dicit. Quãtũlibet te affliges quãtũlibet te crucies non dabit tibi copiam sui dñs virtutũ: nisi fueris ꝓtutibus adornat⁹. Cum ergo de⁹ nulli nisi ꝓtuoso copiã sui tribuat. sequit q̃ beata virgo dei mater cui se de⁹ in filium tribuendũ disposuerat eet ꝓtutib⁹ decoratissima. Proinde ⁊ fm Aug. ac Bern̄. Beata virgo ꝑus in aia q̃ in corpe vtero ꝓcepit salua tore. ꝑ fide spem ⁊ charitatẽ. Que ꝓtutes si in ipa nõ fuissent: de⁹ in eius vterũ nõ venisset. Debuit etiã sup oms esse humillima qz deũ amisit ꝑma femina Eua ꝑ supbiã: g̃ ipa inuenire debuit. ꝑ toti generi humano ꝑ hũilitatẽ. Et idcirco ipa teste in suo Cañ. Respexit dñs hũilitatẽ ancille sue Lu. j. De ei⁹ virtutib⁹ q̃bus floruit dicet li. viij. p. ij. arti. iij. ꝑ totũ.

¶ Capl'm. VII.

Septima stella dicit sanctitas. nam debuit esse sctitate excellentissima q̃ deũ gigneret vtpote q̃ sup oēs sanctos ⁊ choros erat exaltanda. Maiorẽ ergo grãm sctificatõis etiã in vtero sue matr̄ debuit habere dei mat q̃ q̃cunq̃ sctũs: qm̄ vt dicit Damascen⁹ ipa a nullo illustriũ debuit supari: que ꝑ oibus debuit exaltari Et hoc etiã oñdi pōt ex scpture serie ps. Sanctificauit tabernaculũ suũ altissim⁹. Et item. Elegit eã de⁹ ⁊ pelegit eam: g̃ ꝑ alijs sctificauit. Sdo ex fide qz qd̃ alijs est cõcessum tante ꝓgini nõ est negatũ: ſz fm fidẽ Johes ⁊ Hieremias sunt in vtero sctificati: g̃ multo magis btã virgo dei mater debuit sctificari. Nam fm Aristo. ij. thopico. Si ei cui min⁹ videt inesse ī est: ⁊ ei cui mag⁹. Si em̄ serui xpi ꝑdicti sunt sctificati: multo magis ei⁹ mater ꝑcellẽti⁹ est sctificata. Vñ Bern̄. ī epl'a ad canoñ. lugduneñ. dicit. Puto q̃ copiosior gratia sctificatõis in ipam descẽdit que nõ solũ ipius ortũ sctificauit sed etiã eã ab omni pctõ ĩmunẽ custodiuit. Hec ille. De hac sctificatione latius li. v. p. j. ar. ij. ꝑ totũ.

¶ Capitulum. VIII.

Octaua stella dicit ꝑfectionis sublimitas. Debuit em̄ talis eligi in dei matrẽ que foret dei dono ꝑfectissima ⁊ omni gratia plena: vt de eius plenitudine accipiant vniuersi: q̃tinus dicere valeat illud Eccli. xxiiij. In me oīs gratia vie ⁊ veritatis in me oīs spes vite ⁊ virtut⁹. Transite ad me omes qui ꝓcupiscitis me: ⁊ a generationib⁹ meis adimplemini. Decreuit ergo diuina sapiẽtia vt ea que eligeret in matrem inq̃ntum talis esset tam ꝑfecta q̃ ꝑfectior eē nõ possit. Circa hoc quert. Utrũ deus potuerit ipam facere ꝑfectiorẽ vel meliorem q̃ fecit. Respõdet fm Tho. j. scpto sentẽtia ꝓ di. xxij. ar. ij. Et iterum. j. ꝑte sume q. xxvij. ar. vj. Concor. Alexan. de bal'. q̃ ꝑfectum est cui nil addi potest de bonitate et

beata virgo ingrstũ dei mater est talis. Licz em deus omnẽ creaturaz in pfectione accidentali possit in infinitũ facere meliorẽ. In pfectiõe tamẽ essentiali nõ potest facere meliorem, verbi gratia: nõ potest facere quaternariũ maiorẽ, quia si fieret maior iam nõ esset quaternari⁹ sed alius numer⁹: quia vnitas addita in numer⁹ variat speciẽ fm Aristoti. Sic a simili: licz deus potuerit beataz virginem vt dei creaturã vel vt mulierez facere meliorez in pfectione accidentali tamẽ nõ potuit facere vt esset melior mater ⁊ melioris filij mater: ⁊ ordinata ad maius bonum. Ita ꝙ his tribus nõ potest aliquid fieri melius scz humanitate christi: beatitudine creata: ⁊ beata virgine, quod patet: quia hec tria habent quandã dignitatẽ infinitaz ex bono infinito quod deus est. Nam humanitas christi habet dignitatẽ infinitã ex hoc ꝙ iuncta est diuinitati que est infinituz bonum. Et beatitudo creata habet dignitatem infinitã ex hoc ꝙ est dei fruitio: et beata ꝗgo ex hoc ꝙ est mater dei ⁊ ex hac parte nõ potest eis aliquid melius fieri sicut nõ potest aliq̃d meli⁹ esse deo. Hec Tho.

Capitulum. IX.

Nona stella in ordine: ⁊ prima tercij quaternarij: dicit virginitas. Naz dei genitrix debuit esse virgo castissima corpore ⁊ ania: quod ptz. Primo ex autoritate Esa. vij. ca. Ecce virgo concipiet ⁊ pariet filiuz ⁊ vocabit nomen ei⁹ Emanuel, id est nobiscum deus. Secũdo patet ex rõnibus plurib⁹. Primo q̃dem quia nõ fuit conueniẽs vt dei filius haberet alium patrem q̃z deum ne dei patris dignitas ad patrem aliũ transferret. Secũdo vt sicut verbuz eterni patris quod est filius dei nascitur ab eo sine omni corruptione sicut ⁊ verbum in nostro corde absq̃z cordis corruptione concipit ⁊ pducitur. Ita ad ostendendũ puritatem filij dei nascentis debuit a matre virgine absq̃z mentis ⁊ carnis corruptione concipi ⁊ nasci in carne assumpta a verbo. Tercio quia nõ decebat vt christ⁹ qui venerat aliorum peccata tollere Johã. j. Ecce agnus dei: ecce q̃ tollit peccata mundi. Ipe cum culpa veniret in mundũ: dum p concubitũ ⁊ corruptionẽ nasceret. Quarto ꝓpter finem incarnatõis. Nam christus ideo incarnatus est vt homies in filios dei nascerenr: renascunr autez filij dei: nõ ex voluntate carnis: neq̃z ex voluntate viri sed ex deo, id est dei virtute. Cuius rei signum apparere debuit ĩ ipa conceptõe christi ex matre virgine, vt August. dicit libro de sancta virginitate. Hec beat⁹ Tho. iij. pte sũme. q. xxviij. ar. j. De his latius lib. viij. par. j. p totum. Tercio patz hoc ex figurarũ similitudinib⁹. Nam ꝗginitas matris dei pfigurata est in rubo ardenti qui nõ comburebatur Exod. iij. Item Ezechiel. xliiij. in porta templi: que clausa phibet ⁊ nõ apietur quoniam dñs egreditur p eã. Et in multis alijs de quibus causa breuitatis hic pr transeo: libro quo supra latius dicturus.

Capitulum. X.

Decima stella qua gloriat dei genitrix: dicitur voti religiositas. Nam ea debuit eligi in dei matrẽ: que nõ soluz esset virgo absolute sed et virgo voto consecrata: quod ostendit. Primo ex autoritate beati scz August. lib. de sancta ꝗginitate: vbi sic dicit. Annũciãte angelo Maria respondit. Quomõ fiet istud: quoniã virum nõ cognosco, qd̃ pfecto nõ diceret nisi se virginẽ ante vouisset. Secũdo ostẽditur rõne: quia virginitas in matre dei p excellenter pollere debuit: sed magis est laudabilis ꝗginitas sctã vel cõseruata ex voto: sic ⁊ cetera pfectõis opa magis sũt laudabilia ex voto ꝓpter qd̃ ps. hortat advotũ di. Vouete ⁊ reddite dño deo vestro omnes qui in circũitu eius offertis munera. Ergo dei mater debuit ex voto offerre deo suam ꝗginitatem. Sed di. Quomõ beata virgo votuz ꝗginitatis emittere ausa est: cuz hoc in lege veteri phibitum erat. Vñ Exod. xxiij. Nõ erit infecũda nec sterilis in terra tua Respõdetur ꝙ beata virgo habuit virginitatẽ tribus modis. Primo in desiderio. Nã anteqũz incarnatio filij dei ab angelo sibi annũciaretur ꝗginitatẽ simpliciter ⁊ absolute nõ vouit: eo ꝙ nõ licebat. Ratio: quia tempe legis oportebat generatõi insistere tam viros q̃z mulieres: eo ꝙ ex illo populo christ⁹ expectabat fm carnis originez nasciturus. Habuit tamẽ beata virgo tunc tempis virginitatem in desiderio ⁊ eam sub conditiõe vouit scz si deo placeret: voluntatẽ suam ⁊ desideriũ diuino cõmittens arbitrio. Secundo beata virgo habuit virginitatẽ in fa

cto: quia postq̃ sibi ĩnotuit hoc deo fore acceptum scz vt virginitatẽ voueret anteq̃ ab angelo sibi denunciaret̃ ⁊ anteq̃ a Joseph desponsaret̃ absolute virginitatez vouit.

Tercio ex cõmuni bñplacito, nam postq̃ fuit desponsata: ipa siml' cum sponso suo ex cõmuni voluntate ⁊ bñplacito ac cõsensu: virginitatẽ votũ emisit. Hec beat⁹ Tho. iij. pte sũme, q. xxviij. ar. iiij.

Capitulum. XI.

Vndecima stella qua gloriat̃ dei genitrix dicitur sponsi ꝓbitas. debuit quippe talis in dei matrẽ virgo eligi que esset desponsata viro ꝓbissimo ⁊ castissimo noĩe Joseph. Et hoc ostendit̃ ſm Albertũ vbi s̃. ca. l. rõnib⁹ plurib⁹.

Primo rõne p̃figuratõis.
Scdo rõne interp̃tationis.
Tercio rõne testificatõis.

Primo rõne p̃figuratõis. Nam nõ cõgruebat vt sponsus beate virginis p̃figuraret̃ ꝑ aliquẽ qui extiterit maritus ꝑ carnalẽ copulam, cum ipe sine carnali copula sanctũ cõiugium cũ virgine contraxerit: virgo coniugem virginẽ custodiuit: ⁊ ministrauit filio ⁊ matri: paterno affectu sincero. Vñ licz Hester figurauit beatã virginẽ nõ tamẽ decuit vt eius sponsus p̃figuraret̃ ꝑ Asuerum vt sic spõsus dñi nostri Asuerus debuerit nominari: quia inter Asuerũ ⁊ Hester carnalis copula fuit. Similit̃ eadẽ rõne licz Sara gignens filiuz p̃ter naturã in monte ĩmolandum teneat figuram domĩe nostre que genuit filium contra naturã in cruce ĩmolandum. Nõ decuit tamẽ vt eius sponsus Abraam nomĩet̃: quia inter Abraã ⁊ Saram carnalis copula interuenit ⁊ eodẽ modo de Rebecca ⁊ Isaac ac alijs similib⁹. sed decebat vt istud coniugiũ ⁊ ipse spõsus beate virginis p̃figuraret̃ ꝑ Joseph in sui fidelitate ⁊ castitate erga vxorem dñi sui ac mysteriorum reuelatiõe ꝓcurationis cõmissione: cibi ꝯseruatione: ⁊ terre p̃latione. Vñ Bern̄. sup missus est dicit sic: Quis ⁊ qualis fuerit iste sponsus Joseph memẽto siml' et illius magni patriarche venditi in egyptum: ⁊ scito ipm istud vocabulũ nõ solum sortitum fuisse: sed ⁊ castimoniã adeptum: innocentiã ⁊ gratiã consecutũ. Siquidẽ ille Joseph venditus in egyptum dño suo fidem seruãs: dñe sue noluit cõmisceri. Iste herodianã inuidiaz fugiens in egyptũ christum portans dñam suã dñi sui matrẽ virginẽ, ⁊ ipe ꝯtinens fideliter custodiuit. Illi data est intelligẽtia mysterij somnioꝝ. Isti datum est ꝑticipem esse celestiũ sacramẽtorum. Ille frumẽta seruauit nõ sibi soli sed ⁊ omni populo. Iste panẽ viuũ de celo seruandum accepit sibi ⁊ toti mũdo. Nõ ergo dubium: quin fidelis ⁊ bon⁹ homo fuerit iste Joseph cui mater dñi saluatoris desponsata extitit. Hec ille. Tercio rõne interp̃tationis siue significatiõis noĩs: quia Joseph interp̃tatur augmentũ vel incrementũ: qd̃ optime ipi congruit sponso Marie. quia ꝑ hanc desponsationẽ quãtũ ad se quãtũ ad ꝓximũ ⁊ quãtũ ad deum q̃plurimũ sublimat⁹ fuit ꝟtutũ ⁊ p̃cipue castitatis augmẽto Nam et ipse castitatẽ vouisse credit̃ cuz cõiuge virgine ⁊c̃. sicut dicit Aug⁹. li. de cõiugali bono. Item actus fuit fame celebritate hominũ reuerentia ⁊ dilectiõe, ac matris dei familiaritate. Tercio rõne testificationis vt scz ipe Joseph sponsus castus: testis esset et custos castitatis beate virginis, de hoc infra eo. li. ꝑ. vj. arti. iij. ca. j. lati⁹ habes.

Capitulum. XII.

Duodecima stella qua gloriat̃ beata virgo dicit̃ habitaculi p̃claritas Nã in p̃clara ciuitate nazareth habitare debuit beata virgo dum christũ conciperet vt impleret̃ illud ꝓpheticum Esa. xj. Egredietur virga de radice iesse, vbi ſm veritatem hebraicã habet̃: ⁊ nazare⁹ de radice ei⁹ ascendet. Vnde ⁊ Math. ij. scribit̃ ꝑ ꝓphetas esse dictũ: quoniã nazare⁹ vocabit̃ nomẽ eius ⁊c̃. De hoc latius infra eodez li. par. vj. ar. j. ca. iij. habet̃. Ne em̄ ꝓlixitas tedium generet: hec breui⁹ ꝑtranseo: ⁊ vt reuertamur sicut ceperam⁹ in hac ꝑte ꝓcedere ad modũ historicũ: quẽ si placuerit tenere potes ꝑ om̄es dictas stellas ꝓcedẽdo: tãq̃ si sapiẽtia dei ꝑ dictas om̄es autoritates ⁊ rõnes adductas docuerit Dauid interrogantẽ. Jam igit̃ his habitis possum⁹ cõtẽplari: q̃ Dauid gratias egit de bona informatõne di. Vere magn⁹ dñs noster ⁊ magna virtus ei⁹ ⁊ sapientie ei⁹ nõ est numer⁹ Om̄ia in sapiẽtia fecisti dñe: impleta est terra possessione tua. Reuersus quoq̃ ad patres ait cum gaudio: Cantate dño canticuz nouũ: quia mirabilia fecit. Notuz fecit dñs

salutare suũ in ꝯspectu gentiũ reuelauit iusticiam suã. Exposuitq; om̃es ꝯditiones p̃missas quas debuit habere dei genitrix.

Tunc sancti patres cõmuni consilio miserunt Dauid ad nazareth: vt videret si aliquã talem possit repire. Conspiciẽs quoq; in spiritu beatã virginem Mariã desponsatam Joseph virginẽ pulcherrimã esse et om̃i gratia plenam ꝛc̃. dixit ad eaz. Audi filia ꝛ vide ꝛ inclina aurem tuã ꝛ cõcupiscet rex decorẽ tuuz quoniã ipe est dñs deus tuus ꝛc̃. Respõdit Maria. Paratũ cor meuz paratũ cor meũ cantabo ꝛ psallaz in gloria mea. Dauid igitur accedens ad dñm ait: Inueni locũ dño tabernaculũ deo Jacob Surge dñe in requiem tuã tu ꝛ archa sanctificatõis tue. Tunc deus pater misit angelos ad videndũ beatã virginẽ quaz Dauid cõmendauerat. Qui venientes ad eam dixerunt inter se. Hec est que nesciuit thoꝝ in delicto habebit fructum in respectõe animarũ sanctaꝝ Sap̃.iiij. Et regressi cõmendauerũt eam in domo sũmi regis: laudãtes eam ꝛ dicẽtes. O q̃ pulchra est casta generatio scz beate virginis cum claritate om̃is virtutꝫ ꝛ gratie. Immortalis em̃ est memoria eius que ꝛ apud deũ nota est ꝛ apud homines Sap̃.iiij.ca. Intuens ergo deus pater eam: dilexit eam ꝛ ait illud Sap̃.viij Hanc amaui ꝛ quesiui sponsaz mihi assumere eam ꝛ amator factus suz forme illius. Deniq; dei filius intuens eam ait. Hec requies mea ĩ seculũ seculi hic habitabo quoniã elegi eam. Et spũssanctꝰ dixit. Oportet eam mihi p̃uenire in bñdictionibꝫ dulcedinis. Requiescet ergo sup eam spiritus dñi sapientie ꝛ intellectus ꝛc̃. Esa.xj. Et tũc decreuit deus vt mittat̃ angelus ad eaz qui salutet eam nouo munere ditandã: et eius assensum requirat: quo facto dei filium in vterũ suscipiat. Dauid ergo regressus cũ gaudio ad patrez ait. Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo Jacob. Om̃es quoq; sancti patres in laudẽ virginis assurgẽtes cecinerunt dicẽtes. Tu gloria hierusalẽ: tu honorificentia populi nostri. Idcirco eris benedicta in eternum Judith.xv. Et nos igit̃ charissimi: quãta possumꝰ deuotione deuz in gloria sue dignissime genitricis collaudemus: ei gratias ꝓ tanto beneficio agentes: clamemꝰ vt nobis gratia ꝛ gloria donet̃.

¶ Tercia ꝑs ꝛ sermo tercius p̃mi libri agit de angelica nunciatõe siue missione. Et circa hoc qualiter apparuerit beate virgini angelus et quali dignitate.

Missus est angelus Gabriel a deo in ciuitatem galilee cui nomen nazareth: ad virginẽ desponsatam viro: cui nomẽ erat Joseph de domo Dauid et nomen ꝟginis Maria Luc̃.j. Si p̃missa charissimi pensamꝰ sacri euangelij verba: comperimꝰ q̃ maxima cordis deuotione venerari debeamꝰ sanctũ Gabrielẽ archangeluz missum a deo ad benedictã virginem. Nimirũ ex tribus p̃cipue quilibet legatus redditur multum cõmendabilis ꝛ dignissima reuerẽtia suscipiendꝰ. Primo q̃dem ex mittentis dignitate. Secũdo ex negocij ꝓ quo mittitur arduitate. Tercio ex ꝑsone ad quã mittitur maiestate. Sic ꝑ om̃ia ipse angelus Gabriel multũ nobis reddit̃ amabilis pariter ꝛ venerabilis: tum quia mittit̃ a sũmo omniũ creatore deo infinite dignitatis: tum quia in negocio sup om̃ia arduissimo diuine incarnatõis nobis quoq; vtilissimo immittit̃: tum quoq; quia ad benedictã virginem Mariã: celi reginam ꝛ mũdi dñam mittitur salutandũ ꝛc̃. quatinꝰ ipso annunciante dei filius in virgineũ descendat vterum et visitet nos oriens ex alto. Sicut quippe in vere quãdo philomena canit dulciter: consueuit ros celestis descẽdere: ita cũ hec philomena celestis vicz Gabriel cantũ illum mellifluũ vicz Aue gratia plena cecinit dei filius e celo in vterum ꝟginis descẽdit ꝓ nostre salutis opatione: ꝓpterea euangelista Lucas in verbis sacri euangelij hec tria de isto sanctissimo Gabriele enũciat dicens. Missus est angelus Gabriel a deo: Ecce mittẽtis summa dignitas: quia a deo Item ad virginẽ desponsatã viro ꝛc̃. Ecce ip̃ius ꝑsone ad quã mittit̃ sublimitas. Tãdem in sequẽtibꝫ clarescit rei ꝓ qua missus est arduitas: scz incarnationis diuine: sicut patz in ꝓcessu verboꝝ eius ad virginez benedictam ꝓlatorum. De hac igitur angelica missione ꝛ annũciatiõe loqui intendẽtes tria mysteria notabimꝰ ꝓ sermone.

¶ Primũ mysteriũ angelice annunciationis siue missionis.

Scdm dicit mysteriū q̄lifice opatōis.
Terciū dr mysteriū dignifice obſuatōis

¶ Articulus pmus q̄ mysteriū diuīe incarnatōis debuit annūciari virgini p angelum Gabrielem.

Capitulum.I.

Primū misterium angelice missionis ⁊ annūciatōis. Circa qd quattuor p̄cipue occurrunt questiones.

Prima vtrū necessariū ⁊ congruū fuerit incarnatōis mysteriū beate virgini annūciari. Scda questio vtrum hec dñica annunciatio p nūcium tm̄mō angelicū debuit fieri ⁊c. Tercia questio de quo ordine debuerit angelus ad virginē p hac annūciatione mitti. Quarta questio vtrū cōgruentius Gabriel inter om̄es angelos debuerit p hac annūciatōe faciēda eligi. Ad pmā questionē qua querit: vtr̄ necessariū fuerit ⁊ cōgruū incarnatiōis mysteriū beate virgini annūciari. Arguit q̄ nō: quia deus cum sit ꝓpinquissim⁹ humane menti qui solus īmediate illabitur anime: vt dicit Aug. nō videtur quare necessariū fuerit aliq̄ mediante dei aduentū virgini benedicte annūciari. Item ista incarnatio dñi p̄nūciata erat olim p ꝓphetas. Unde Esa. vij. Ecce virgo concipiet ⁊c. ergo nō erat necessariuz fieri p angelum. Incōtrariū est diuīe scripture autoritas ⁊ diuīe ꝓuidētie ordo: que nil incōgruum admittit: ergo cōgruum fuit annūciari ⁊c. Ad questionē igit respōdetur q̄ necessariū erat annūciare beate virgini q̄ ip̄a esset christū cōceptura pluribus rōnibus ſm Tho. tercio scripto sentētiarū di. iij. ar. j. Et iterum. iij. pte sūme. q. xxx. ar. j. Necnō ⁊ ſm Albertū sup missus est. ca. j.

Primo vt virginis intellectus erudiret et illustraret. Cum em̄ mens deo vicinior sit ⁊ intimior q̄ corpus: nō decebat vt dei sapientia eius vter̄ inhabitaret sine hoc q̄ mēs eius prius fidei lumine ⁊ cognitiōe summe sapiētie resplēderet. Et iō p̄us debuit mens eius intelligere ⁊ cognoscere qd in ea fiendum erat qd p annūciationē factum est anteqū carnem cōciperet. Unde Aug⁹. li. de verbis dñi sic dicit. Beatior est Maria pcipiendo fidem christi q̄ cōcipiendo carnē xp̄i. Et subdit ibidez. Materna ꝓpinquitas nihil Marie ꝓfuisset: nisi felicius christū corde q̄ corpe gestasset. Hec ille. Secunda ratio vt virginis affectus ⁊ actus acceptaretur. Nam deus nō diligit coacta ſuitia sed spontanea. vt dicit Aug. iuxta illud p̄s. Voluntarie sacrificabo tibi ⁊ ꝯfitebor nomini tuo dñe quoniā bonū est. Unde beata virgo cum singulariter ⁊ excellēter in dei seruitium eligeret quē vtero portauit: lacte aluit: brachijs baiulauit: decuit vt eius obsequiū voluntariū angelo nūciante requireretur: ad quod se patam ⁊ ꝓmptam obtulit dicens. Ecce ancilla dñi. Tercia ratio vt virginis cōsensus exp̄meret. Si em̄ in matrimonio corpali requirit expressus consensus: multomag⁹ in mr̄imonio spūali: cuz sit maior ꝯiunctio mētis q̄ carnis. Et ideo vt ostēderet esse qdam spūale mr̄imoniū inter dei filium ⁊ humanā naturā, igit p annūciationē angeli expectabat cōsensus virginis loco totius hūane nature. Idcirco August. in sermone de natiuitate beate Marie dicit: O beata Maria seculū om̄e captiuum: tuū dep̄catur assensum. Te dña mundus sue fidei obsidez fecit: Noli morari virgo, nūcio festināter respōde verbū: ⁊ suscipe filium: da fidem ⁊ senti virtutē. Ecce inquit ancilla dñi fiat mihi ſm verbū tuum. Nec mora v̄ginalē thalamū ingredit xp̄s. Hec ille. Quarta ratio addit ſm Alber. vbi supra. vt deus mag⁹ honoraret ⁊ hō instrueretur. Nam deus in hac annūciatiōe honorabat q̄ntum ad potētiā in eo q̄ angelos mīstros habuit: ⁊ quātū ad sapiētiā: in eo q̄ modus nostre liberatiōis modo pditionis directe obuiauit cum virginē p angelum bonū docuit: sicut angel⁹ malus virginem Euam decepit. Itez homo instruit ad deuotionē in eo q̄ humana natura abiecta deo ⁊ angelis inimica a deo prior p angelū salutat: ⁊ in hoc etiam de⁹ honorat quātuz ad bonitatē: que ex hoc resplendet ac charitatem: deniq̄z ex hoc homo instruit ad fidez ad obediendū deo ⁊ ad humilitatez exēplo beate virginis ⁊c. Et p hec p̄missa ptz responsio ad p̄mū argumētū incōtrariū. Ad secūdū autē respōdet ſm eundē Tho. vbi supra. q̄ licz ꝓphetia p̄destinatiōis complet sine nostro arbitrio causante: nō tn̄ sine nostro arbitrio ꝯsentiēte. ⁊ sic patz ⁊c.

¶ Capitulum.II.

Secūdo queritur vtrum hec dñica annūciatio tm̄mō ꝑ angelicū nūcium debuerit fieri. Videtur ꝙ debuerit annūciari vicz ꝑ aliquē ꝓphetaz quia incarnatio xp̄i notificabatur ⁊ p̄nunciabatur in veteri lege ꝑ hoīes: vicz ꝓphetas ⁊ patriarchas ergo ⁊ ip̄i beate virgini debuit nūciari ꝑ ꝓphetaz. Preterea supior nō debet instrui ꝑ inferiorem. Sed beata virgo supior fuit angelis quia deo acceptior: ergo nō debuit sibi ꝑ angelum ꝯceptio annūciari. Item ꝯfirmatur, quia sūmis angelis fit reuelatio īmediate a deo ꝓpter ip̄oꝝ dignitatē: sed mater dei est sup̄ om̄s exaltata: ergo videtur ꝙ īmediate sine om̄i angelico nūcio sibi debuit fieri reuelatio a deo de incarnatōis mysterio. Preterea beata virgo ex lumine fidei ⁊ gratie cognoscebat deum incarnandū et credebat hoc fidelissime que ad hoc in vtero erat sanctificata. Ideo nō videtur ꝙ ꝑ angelum hoc sibi debuerit reuelari. Incontrariū est dispositio diuīe sapiētie sicut testatur sacra scriptura, missus est inquit angelus ⁊c. Ad questionē respōdetur ꝟm Tho. vbi supra. ar. ij. Necnō ꝟm magnū Albertum vbi supra. ca. ij. ꝙ mysteriū incarnatōis nullus hoīm debuit beate virgini annūciare: quia inferiorū est recipe a supioribus illumīationē, vt dicit Dyoñ. de angelica hierarchia. Sed nullus hoīm fuit beata virgine supior que om̄s ꝓphetas ⁊ sanctos p̄cellebat lumīe gratie ⁊ merito sctitatꝫ. ergo ⁊c. Licz aūt beata virgo fuerit etiā angelis superior ꝟm acceptatōz diuīe p̄destinatōis et quātū ad dignitatē ad quā diuinitꝰ eligebatur. Erat tn̄ eis inferior quātū ad statū, qm̄ ip̄a in statu p̄sentis vite erat: angeli vero in statu patrie. Nec mirū h̄ quia etiā ip̄e xp̄s rōne passibilitatꝫ vite paulominꝰ est ab angelis minoratꝰ. Sz tn̄ quia xp̄s fuit viator ⁊ cōprehēsor quātū ad cognitionē diuinoꝝ nō indigebat instrui: sed mater dei nōdum erat in statu cōprehēsoꝝ, ⁊ ideo de diuīo cōceptu erat ꝑ angelū instruenda ⁊ annūcianda: ⁊ hoc quadruplici rōne.

Primo rōne diuīe ordinatōis.
Scdo rōne angelice restauratōis.
Tercio rōne mūdicie ꝟginalis.
Quarto rōne future vtilitatis.

Primo rōne diuīe ordinatōis vt scz seruaretur ordo quē deꝰ statuit, ꝙ vicz diuīa mediantibꝫ angelis quoꝝ officium est nūciare homibꝫ panderentur ⁊ annūciarentur. Et hec ē regula diuīe ordinatōis, sicut dicit Dyoñ. iiij. ca. angelice hierarchie. Diuinū inq̄t iesu benignitatꝫ mysteriū angeli p̄muz edocti sūt: p̄terea ꝑ ip̄os ad nos gr̄a cognitōis trāsiuit. Hec ille. Scdo rōne angelice restauratōis, sicut em̄ ꝑditio humana initiū sumpsit ex hoc ꝙ diabolꝰ allocutꝰ ē mulierē: ita vt dicit Beda cōgruum erat vt ꝓ humane repationis exordio angelꝰ virginē alloquatur que repatio angelice ruine ⁊ humane cōis erat. Tercio rōne mūdicie ꝟginalis. Vñ Hiero. in sermōe assumptōis Marie sic dicit. Bene angelꝰ ad ꝟginē mittitur: quia sp̄ est angelis cognata virginitas: ꝓfecto in carne p̄ter carnē viuere nō terrena vita est sz celestis. Quarto rōne future vtilitatis, qꝛ ille annūciabatur qui est rex oīm hoīm ⁊ angelorū cuius natiuitas sicut in salutē erat hominū ita ⁊ in repationē angelice ruine: ⁊ iō decuit vt tam hō q̄z angelꝰ in annūciatione mysteriū exhiberēt. Hec Tho. ⁊ Alber.

Ad argumētū p̄mū incōtrariū patebit ex p̄missis respōsio. Et siliter ad scdm ⁊ eiꝰ cōfirmationē patebit respōsio, quia licz mater dei erat supior dignitate, nō tn̄ q̄ntū ad statum. Ad vltimū respōdetur ꝟm Alber. ꝙ licet beata ꝟgo fidē incarnatōis habuit, verūtn̄ ex hūilitate cordis sui nunq̄z cogitauit se ad tale mysteriū sublimādū: ⁊ ideo ab angelo debuit p̄moneri.

Capitulum. III.

Tercio querebatur de quo ordine debuerit angelꝰ ad annūciandū mitti. Videtur em̄ ꝙ de sūmo qꝛ sūma nūciabat. Ex quo videtur ꝙ Gabriel fuerit summus ⁊ de summo ordine, s. seraphin. Ad hāc questionē breuiter respōdetur ꝙ q̄z q̄z aliqui putauerint Gabrielē esse de sūmo choro: ex eo ꝙ sūmū mysteriū, s. incarnatōis ad plenū scierit ⁊ annūciauerit. Tamē cōis ecclesia sonat eum fuisse de choro archangeloꝝ ⁊ nō de seraphī: vel aliis supioribꝫ. Nā ⁊ cōiter Gabriel archangelꝰ appellatur. vñ iste angelꝰ nō fuit de sūma nec de media hierarchia, sz vt ꝓbabiliꝰ videtur fuit de medio ordine infime hierarchie qui est ordo archangelorū. Et h̄ oñdit ꝟm Tho. vbi sup̄. Necnō ⁊ Albertum: ⁊ plerosq̄z alios doctores pluribus rōnibus.

Primo rōne vtilitatis,
Scdo rōne cōmunitatis,
Tercio rōne ꝓprietatis.

Primo rōne vtilitatis, cū enim xps nasceba⁄ vt inordinatione q̄ in angelis acciderat repararet: decuit vt ī sua ꝓceptōe ordo ille celestis hierarchie maxīe seruarek: vt. s. summi angeli mediātib⁄ infimis hoīes illumīarēt ⁊ iō Gabriel p quē virgo illumīabak erat de infima hierarchia. Scdo rōne cōitatis: vt eīm tātū mysteriū eēt cōius: decuit vt inferior Gabriel nūciaret: qui vicz de infima esset hierarchia: cū eī inferiores angeli agāt id qd a superiorib⁄ recipiūt ⁊ nō ecōuerso dū inferiores angeli nūciant: annūciatio p superiores ⁊ inferiores explek: qd nō esset si superiores īmediate annūciarēt ⁊c. Tercio rōne ꝓprietatis: decuit q̄ppe ordinez celestis hierarchie in hac annūciatōe obseruari: vt sez sūmi angeli mediātib⁄ infimis hoīes illuminarēt: ez qz nō decuit vt de infimo ordine sez angelo⁄ aliq̄s mitterek ad annūciandū. Ratio: quia ad illos sez angelos ꝑtinet dirigere actus alicui⁄ hoīs q̄ ad ipm singulariter vel q̄si tm̄mō ꝑtinēt: vñ angelo⁄ ꝓprietas est mīma nūciare: sicut dicit Grego. in moral. Unde cōgruebat vt de ordine archāgelorū q̄ ordo est sup ordinē angelo⁄ mitterek aliq̄s: sez Gabriel: tū ꝓpter ꝑcipuū honorē btē virginis: q̄ sup cōes erat vlatores: tū ꝓpter archangelo⁄ ꝓprietatē: qz ad archāgelos ꝑtinet dirigere act⁄ hoīs q̄ in totā multitudinē redūdant. Unde ⁊ archangeli dicūtur ab archos qd est ꝓnceps: q̄si ꝓncipales angeli. qz g̃ ꝓsensus btē ꝟginis q̄ p angelū requirebak erat act⁄ singular⁄ ꝑsone in multitudinis īmo toti⁄ humani generis salutē redundās. Idcirco ad annūciādū ꝟgini req̄rebak vt mitterek angel⁄ de ordine archāgelo⁄. Si aūt absolute petis vl queris: vtꝭ iste angel⁄ fuerit sūm⁄. Rūdek fm Tho. vbi supra. q nō fuit sūm⁄ simpliciter: qz nec de sūma hierarchia: nec etiā de media hierarchia fuit: Pōt tū dici summ⁄ duob⁄ modis. Primo qz credibile est q fuerit sūm⁄ in ordine archangelo⁄. Scdo qz sūma. i. incarnationē dei ⁊ salutē humani generis annūciauit. Et sic exponit Grego. in omel. de centū ouibus. Huic etiā sentētie ꝓcordat Bernū, ita dicens. Putem⁄ angelis ꝑesse archangelos qui sunt ꝓscij diuino⁄ secreto⁄ q̄ nō nisi ob ꝑcipuas ⁊ maximas causas mittunk: ex q̄bus ille magn⁄ archangel⁄ Gabriel missus legik ad Mariā: ob causam q̄ vtiq̄ maior esse nō potest. Hec ille.

Capitulum. IIII.

Quarto q̄rebak vtrum congruentius inter omīs angelos p hac annūciatione facienda debuerit Gabriel eligi. Videtur eīm q nō detur ratio q̄re iste potius eligatur q̄z alius angelus vel archangelus cuz quilibet eque bene potuerit annūciare hec virgini. Item videk q ob reuerentiā beate virginis debuerunt mitti plures archangeli ad salutandū ⁊ annūciādum. Incōtrariū est euangeliū. Ad q̄stionem igitur respōdek fm Alber. vbi sup. ca. xvij. q multi angeli nō debuerunt mitti ad hanc annūciationē: quia multitudo repugnat archano mysterij. Nō eī est archanum qd multis est cognitū. Nec est tam familiariter ⁊ amicabiliter intimatuz qd prius est mltitudini reuelatū: ⁊ sic soluik scdm argumētū incōtrariū factum. Itez fm eūdem Albertū ibidez. et Tho. vbi sup. Nulli alteri angelo ita cōgruebat facere hanc annūciationē sicut Gabrieli. Ratio qz huic officio nomē Gabrielis sup omīia congruebat. Nam hoc nomē Gabriel tripliciter interp̄tatur fm Greg. ⁊ Hiero. Primo sic Gabriel id est virtus nostra deus. et hoc sūme cōgruebat: quia virtute diuīa debebat cōcipere virgo nō humana. Scdo interp̄tak Gabriel. i. fortitudo dei: ⁊ hoc etiam sūme cōgruebat ad ostēdēdum q opus incarnationis erat p dei fortitudinē nūciāduz. Primo quidem quia fortis, sez angelus missus est ꝓpter fortez. s. xpm qui vt dicit ps. est deus fortis ⁊ potēs. Scdo qz fortissimū sup omīia opa erat opus incarnatōis. Fortius quippe ⁊ maioris ꝟtutis erat deum fieri hominē q̄z ex nihilo creasse mūdū: cum de⁄ pl⁄ distet a qualibet creatura q̄z creatura a nihilo. Tercio quia fort⁄ missus est cōtra fortem. s. diabolum ad debellādum: ⁊ ideo fortitudo dei Gabriel annūciare debuit virgini xpi aduētū. Tercio interp̄tak hoc nomē Gabriel. i. ꝓfortauit me deus vel ꝓfirmatio dei ⁊ ꝗ cōgruebat. quia p eius annūciatiōz cōfortari debebat cor ꝟgis marie ⁊ ꝓfirmari ad credēdū ⁊c. Unde cū turbata eēt: angel⁄ dixit ei. Ne timeas maria iuc. ⁊c. Q igit fi-

delis aīa vide q̄ rōnabilis sit fides catholica: vide q̄ miro ordine diuīe sapīe firmata sit fides ista salutifera: cui deseruit oīs ratio oīs sciētia ⁊ ars adeo vt nil incōgruū nil falsum possit huic verissime fidei vel irrōnabile admisceri. Agnosce igit̄ verum dei filiuz esse xp̄m ⁊ securus esto credēs in ip̄m ⁊c.

¶ Articulus secūdus qualiter angel⁹ Gabriel apparuit beate virgini in tp̄e annūciationis. Capitulū. I.

Secundū misterium declarandū: dicit̄ qualifice apparitionis. i. qualiter facta sit ista apparitio angeli Gabrielis circa beatam virginē. Circa qd̄ quattuor ꝯsiderationes occurrūt.

Prima de angeli ingressione.
Scd̄a de virginis occupatōe.
Tercia de eiusdem virginis situatiōe.
Quarta de angeli visione.

aplus ait. Cum venit plenitudo tpis misit de⁹ ꝛc. Plenitudo q̃ppe dici est in sero: ꝛ ido videt q̃ tũc angelus apparuit quẽ de⁹ misit vt filiũ suũ virgini in ꝓximo mittendũ annunciaret, ꝛ tũc deus pater filij missionez ꝑ annũciatõem inchoauit. Deniq̃z q̃ in hora noctis medie sit christus ꝛceptus: accipi põt ex scꝑtura Sap. xviij. Dũ medtũ inq̃t silentiũ tenerẽt oĩa et nox in suo cursu medium iter pageret: oĩpotẽs sermo tu⁹ dñe a regalibus sedib⁹ venit. Ex q̃ manifeste claret ꝓpositũ q̃ hora noctis media verbũ dei descendit in vterꝫ virginis bñdicte. Secũdo ratione ꝓuilegioꝝ hui⁹ hore. Nã ista hora medie noctis magnoꝝ operꝫ diuinoꝝ ꝓuilegijs siue misterijs est ꝛsecrata. Primo q̃dem misterio natiuitatis: q̃a nocte media credit fuisse nat⁹: q̃ hora pastores custodiebãt vigilias noctis Lu. ij. ꝓpter quod ecclia canit missam in nocte natiuitatis dñi. Secũdo misterio passiõis et captiuitatis, q̃a media nocte credit fuisse ei⁹ passio inchoata: cum tunc sit captus ligatus ꝛ alapis cesus, teste Bonauẽ. Tercio misterio liberatõis. q̃a ista est hora in q̃ trãsiens angelus dñi ꝑ egiptũ interfecit oẽ ꝓmogenitũ: ꝛ filij israel exire ceperũt de captiuitate egiptiaca, vt habetur Exo. xij. Quarto misterio vltiõis. q̃a fm Hiero. in annalib⁹ suis. In hora natiuitatis media. s. cũ xp̃s natus est: extincti sunt oẽs sodomite q̃ erant in mũdo. Propterea nõ incõgrue putat ꝛ ista hora xp̃m fuisse cõceptũ. Hec p̃missa Fran. maronis vbi sup

Tercio p̃missum dictũ ꝓbabilitatem habet rõne ꝛsuetudis ecclĩastice. Nã a tpe ꝓphetaꝝ veteris testamẽti legit q̃ ista hora medie noctis a sanctis patrib⁹ fuerit ad laudẽ dei ꝛsuetudinarie ꝓputata: dicẽte p̃s. De dia nocte surgebã ad ꝛfitendũ tibi sup iudicia iustificatõis tue, que q̃dẽ iustificatio peccatoꝝ in gr̃a nostri redẽptoris ꝛ ei⁹ fide acq̃rit ꝛ a ꝓncipio est acq̃sita. Item ꝛsuetudo nũc tenet ĩ ecclia q̃ hora serotina signuz fit ad salutationẽ btẽ virgĩs: et silr hora auroze: ad significandũ vt cõiter putat q̃ hora serotina angelus btãm virginẽ salutauerit ꝛ hora vt p̃missuz est auroze recesserit. Et idcirco in signũ iocũditatis ꝑ filij dei incarnatiõe in auroza fit signũ. Unde ex oĩb⁹ iã dictis claret tempus electũ fm opinionẽ cõmuniorẽ ꝑ christi cõceptione.

Capitulum. III.

Tercio in sua incarnatõe xp̃s obseruauit tẽpus ad etatẽ pfectã req̃situz Et hoc ꝓmo ex pte mũdi. q̃a si queras q̃tta etate mũdi xp̃s sit incarnat⁹. Dico fm Bonauẽ. sup. iij. dist. j. circa lr̃am. et fm Fran. maronis q̃ in sexta etate: in q̃ q̃dẽ est plenitudo ꝛ pfectio. vt sicut mũdus in sexta die est ꝛsummat⁹: sic in sexta etate sit reparatus Ita q̃ ꝓma etas fuit ab Adã vsqz ad Noe. Secũda a noe vsqz ad Abraã. Tercia ab abraã vsqz ad moysen. Quarta a moyse vsqz ad Dauid. Quinta a dauid vsqz ad christũ. Sexta a christo vsqz ad antichristũ vel finẽ mũdi. Hec Bonauen. Secũdo ex pte generatõis hũane. q̃a si q̃ras q̃tta generatõe xp̃s sit incarnat⁹. Dico q̃ ab adaz vsqz ad xp̃m fuerũt generatões. lxxv. sic habet Lu. iij. ca. in q̃ sunt. xv. lustrozũ numeri: designãtes. xv. gradus q̃b⁹ in tẽplũ ascẽdebat in cantico graduũ ad plenitudinẽ laudis diuine. Hec Franci. maronis. Tercio ex pte virginis bñdicte. q̃a si q̃ras in q̃ etate btã virgo ꝛcepit xp̃m. dico q̃ post. xij. annũ ꝛ peperit añ. xiiij. annum. q̃a hoc tp̃s. s. xij. annoꝝ in puellis habet plenitudinẽ ꝛ pfectionẽ ad ꝛcipiendũ ꝓmo. vt patz extra d̃ despõsa. impube. c. puberes. ꝛ. c. cõtinebãt De hoc latius li. xj. parte prima. capl'o. iij. ꝛ sic patet ꝛc.

Tercius articulus de modali habitudine virginee desponsationis ꝛ angelice legationis atq̃z materne iocundationis que cõcurrerunt in christi cõceptione. Ca. I.

Terciuz misteri

Cum declarãdũ dicit modalis habitudinis. Circa quod trifariuz modum inuestigabimus.

Primo modũ virginee desponsatõis.
Secũdo modũ angelice legationis
Tertio modũ materne iocũdatõis

Primo quidem modũ virginee desponsationis: vbi tria inuestigant ad p̃sens. Primo quare voluit deus btãm virginẽ antecẽ ex ea cõcipere fuisse desponsatã. Secũdo Utꝫ vere ꝛ legitime potuerit ipsa bñdicta virgo manẽte virginali ꝓposito despõsari. Tercio qualiter ipa vel quali modo et ordine sit desponsata. Ad primũ: quare vicz voluit christus cõcipi de virgine de

sponsata. Sciendũ q̃ huius plures ponunt rõnes fm Ambro. ⁊ alios doc. Nam fm lyram in postilla sup Matth. ⁊ Lu. cõcor. Tho. iij. pte sũme. q. xxix. ar. j. et Alber. sup missus est. ca. xl. ⁊ alios tractatores, huius rei pñt notari. ix. rõnes inter alias magis efficaces ⁊ speciales. Tres q̃dez rõnes ex pte plis. ⁊ tres ex parte matris. et tres ex parte hũani generis. Primo inquã ex pte plis cõueniẽs fuit christũ de matre virgine desposata nasci triplici rõne. Prima ẽ ne christus a iudeis posset rõnabilr sicut illegitimus repudiari ⁊ nõ sicut christus verꝰ extimari. Secunda est vt diabolo hoc sacramẽtũ celareꝯ ne vicz cõtra eũ nocumẽta vehemẽtius ꝓcurasset ⁊ etiam vt sic diabolus falleret. Unde Orige. dicit ipsam ideo fuisse desposatam vt partꝰ eius diabolo celareꝯ. Licet eñ diabolus virtute sue nature potuisset cognoscere matrez dei nõ fuisse corruptã sed virginẽ. phibebat tñ a deo cognoscere modũ partꝰ diuini ne redẽptionẽ humani generis impediuisset ⁊ xpo mortez nõ intentasset. Tercia rõ vt puulus dominꝰ Jesus a ioseph nutriret ⁊ haberet eiꝰ matri. ꝓpter ꝓsecutionem herodis fugiẽti in egiptũ et redeũti minister nõ suspectꝰ sed sibi cõiunctus vt spõsus. Itẽ ex pte matrꝭ virginis ꝓueniẽs fuit eam esse desposatam triplici rõne. Prima est vt ab infamia ꝑseruaret. Unde Ambro. sup Luc. dicit. Ideo mater dñi desponsata est ne intemerate ꝗginis adureret infamia cui grauis aluus corruptele videret insigne ꝑferre. Hec ille. addens Alber. dic. Magna xpi humilitas et charitas in hoc ostendit q̃ potiꝰ voluit fabri filius reputari q̃ matrẽ infamari. Sz hic occurrit dubiũ quõ ꝓ hoc. puisum sit fame beate ꝗginis: cũ antecq̃ ioseph ⁊ btã virgo ꝓuenirẽt ad mutuo habitandũ inuenta est Maria bñs in vtero Matth. j. Spõsa eñ que extra domũ spõsi cõcipit reddit suspecta. Ad qõ rñdet fm Crist. ꝓcor. Lyra in postilla q̃ btã virgo sic fuit desponsata ioseph q̃ etiã esset domi habitans. ptunc cum ꝓcepit. Nã sicut in ea q̃ in domo cõcipit intelligit ꝓceptio maritalis: sic in ea que extra domũ ꝓcipit est suspecta ꝓceptio. ⁊ iõ nõ esset sufficienter. puisum fame btẽ virginis ꝓ hoc q̃ fuit desposata: nisi etiam fuisset habitãs domi. et ideo euãgelista dicit q̃ voluit occulte dimittere eã q̃uis tñ domi esset habitans. ꝓpter ꝓmam desposationis fidez: nõdũ tñ interuenerat solẽnis celebratio nuptiarꝝ. ꝓpter qõ etiam nõdum cõuenerant.

Cõsuetudo q̃ppe erat apud veteres multotiẽs in domo habere desposatas et ꝓ plures dies antecq̃ ꝓuenirẽt carnaliter orationibus vacare. vt patet etiã de Thobia ca. viij. eiusdẽ li. Sed diceres. sequit g̃ q̃ in cõi ꝓpl'o crederet xps fore filiꝰ Joseph. ⁊ q̃ a ioseph fuisset cognita mater dñi ante celebritatem nuptiarꝝ solẽnem. Ad hec respõdet Ambro. sup Lucã dicẽs sic. Maluit inquit dñs aliq̃s de ortu suo q̃ de matris pudore dubitare Hoc est: maluit dñs vt sez in cõi dubitetur de ortu virgiali. putãdo christũ filiũ legitimũ marie ꝓceptum ex ioseph: q̃ vt putareꝯ sez matrẽ adulterasse Unde subdit Ambro. Sciebat eñ dñs tenerã eẽ virginis verecũdiã ⁊ lubricã famam pudoris Hec putauit ortus sui fidẽ matris iniurijs astruẽdã. Hec Ambro. Secũda ratõ ex pte matris est vt ꝓ desposatiõem btã virgo ĩmunis a pena redderet ne sez iudei eã tanq̃ adulterã lapidassent. vt dicit Hiero. Si eñ nõ pepcerũt xpo innocẽti: a fortiori nõ pepcissent matri in odium xpi. Tercia rõ vt mater dei nullo bono priuaret sed habeat ⁊ bonũ virginitatis ⁊ matrimonij et tandem viduitatis. Sed ⁊ insup habeat ĩ hoc maximũ bonũ hũilitatꝭ. vt q̃nto sit maior ĩ oĩbus: tãto fiat ⁊ humilior vt sit mater dĩ et vxor fabri. Itẽ ex pte hũani generis cõueniẽs erat matrẽ dei desposari triplici rõne. Prima est rõ certificatõis. q̃a ex ꝗ magis certificamur ꝓ testimoniũ ioseph spõsi xpm ex virgine esse natũ. Ipe eñ est potior testis castitatis sue spõse cõuiuẽti. Nõ enim talis iustꝰ vir sez ioseph fouisset eã ⁊ filiũ eiꝰ nutritio more: imo dolore iniurie fuissz motus ad vindicãdum obprobriũ: nisi cognouisset eẽ sacramẽtũ diuinũ in ꝗgie et eiꝰ conceptu. Secũda rõ significatõis q̃a ꝓ hoc designat mẽtis vnio ad deũ. q̃a ꝓ hoc vniuersa ecclesia designat: q̃ cum sit virgo: desponsata tñ est vni viro xpo. vt dicit Augꝰ. li. de sctã ꝗginita. Itẽ ꝓ hoc significat salus hũani generꝭ ꝓ lignũ crucꝭ Unde Crist. super Matth. dicit. Ideo ioseph fabro lignario maria desposata fuit: qm̃ spõsus ecclie xps oĩm salutẽ hoĩm opatur erat ꝓ lignũ crucꝭ.

Tercia est rō cōmēdatōis. q̃a p hoc vtrū ꝗ scz virginitas ⁊ mr̃imoniū cōmendat̃ et bonū fore doceť cōtra hereticos hoꝝ alteri detrahētes. ⁊ sic patet Secunda questio.

Ad secundū p̄ncipale vicz Utꝝ vere ⁊ legitime potuerit btā virgo manēte virginitatis ꝓposito despōsari. Videť em̄ q̃ nō. qz ipsa habuit votū ꝓtinētie qd̄ obligabat ad cōtinendū. Spōsalia aūt obligant ad mr̃imoniū ⁊ nubendū. ergo si obligabat se ad spōsalia: venit ꝓtra votū virginitat̃. Itē q̃rit: aut cōsensit in carnalē copulā: aut nō. scz in illa despōsatōe. Si cōsensit: ergo primā fidem irritā fecit. q̃a vt dicit Aug⁹. Virginitatē vouentib̄ nō soluz nubere sed etiā velle nubere dānabile est. Si ꝯo nō cōsensit: ergo nullū fuit matrimoniū. Preterea si dicas q̃ cōtraxit cum adiecta conditione Cōtra. cōditio adiecta q̃ est ꝓtra substātiaz mr̃imonij vel ꝓtra bona mr̃imonij impedit mr̃imoniū. vt si dicat̃: cōtrabo tecū si generationē plis euites. q̃a hoc est ꝓtra bonū plis. vel dicēdo: donec inueniā aliā dignioze et similia. q̃a hoc est ꝓtra substātiā inseparabilitatis. Vel dicēdo: si te p questu adulterādā tradis. ⁊ hoc est ꝓtra bonum fidei. Tales ⁊ sil'es cōditōes si apponant̃: nil agiť. q̃a annullāt mr̃imoniū. xxij. q. iiij. Inter cetera xxxij. q. ij. aliqn̄. ⁊ c. solet q̃ri. extra de conditionib̄ appositis. ca. vl. Nisi p̄terea tal' cōditio remittat̃ et sequat̃ carnalis copula: quia tūc iudicabiť p mr̃imonio fm Ray. ⁊ Thomā Jnno. ⁊ Hosti. q̃ a simili si dicā Cōtrabo tecū vt me nullo mō cognoscas: non videť esse mr̃imoniū. ⁊ p ꝯseq̃ns nec videtur esse mr̃imoniū cui cōtinētie votum est adiectū ⁊ cōditio adiecta. vñ sequiť q̃ nulla fuerit illa inter Joseph ⁊ Mariā desponsatio sub cōditione. In ꝓtrariū est text⁹ euangelicus. q̃a missus est angelus ad virginez despōsatā viro Luce. j. Et in plurib̄ loc̄ ꝯz ipsa fuisse despōsata. Ad q̃stionē ūstā respōdeť fm Pe. ⁊ oēs cōiter doctozes super iiij. dist. xxx. q̃ duplex est pfectio matrimonij. Una q̃tum ad esse: q̃ q̃dem fit p cōsensum verbis de p̄senti exp̄ssum. ⁊ hoc mō inter Joseph ⁊ Mariam vex ⁊ pfectum fuit matrimoniū. Alia est pfectio ex pte operis quod in mr̃imonio fit p carnalis copule cōsummatiōez. ⁊ hoc mō scz q̃tum ad opationem nō fuit pfectum. q̃a actus p̄rius matrimonij est carnalis copula: in quā vt ibidem dicit Tho. virgo nō cōsensit explicite sed implicite a deo certificata. id est si fuiss̄z certificata ⁊ sic virginitatē suā d̄o cōmisisse Licet q̃ q̃tum ad opationē non fuerit inter eos pfectū mr̃imoniū: tamē q̃tuz ad esse fuit verū ⁊ pfectum. q̃a vt dicit Aug⁹. Mr̃imoniuz nō facit copula carnalis sed pactio cōiugalis. ⁊ q̃ facta sint ibi cōiugia pari voto ꝓtinētie. Propterea ⁊ fm Alber. sup mis̄ sus est. ca. xl. ista desponsatio fuit possibilis q̃a licet beata virgo habuit firmū ꝓpositu z et votū ꝓtinētie: poterat tñ ꝓsentire in maritalē societatē: facta tñ diuinitus inspiratiōe vtriq̃z de altero q̃ vellet virgo p̄manere et sic cōsentire in cōiugalē vel maritalē societatem: ⁊ nō in copulā carnalē absolute. vbi aūt videť dicere Aug⁹. q̃ cōsensit in copulam carnalē: nō est intelligēdū absolute. sed sic si deus vellet. Et p hoc soluunť duo p̄ma argumēta facta in cōtrariū. Ad illud aūt de cōditiōe adiecta cōtra substātiā matrimonij: q̃ nō teneat matrimoniū fm iura dicit̃: q̃ intelligēduz est de ꝓditiōe inutili et inhonesta ⁊ illicita. Cōditio aūt vtilis licita ⁊ honesta nō impedit mr̃imoniū. Unde nō est simile voto ꝓtinētie. pcuratio sterilitatis vel euitatio plis aut cōditio separatiōis ⁊ adulteratōis ac similia. cū etiā ꝓiuges post carnalē copulā pñt pari cōsensu votum cōtinētie emittere. ⁊ si emiserint tenētur obseruare. ⁊ sic patet Questio tercia. Ad terciū principale huius p̄mi capl̄i vicz qualis fuerit beata virgo despōsata: ꝓpter simplicioz auditozes libeat eius historiā narrare quā ex diuersis historiographoꝝ dictis recollegi: et q̃tum libuit ad rōnis veritatē reducēdo vbi discrepāt. Hieronim⁹ nāq̃z describēs vitā Marie: ⁊ idez in epl'a ad Cromatium et helindiū. Jacob⁹ de voragine ī sua legēda. Item autoz libri d̄ vita Marie. et ceteri: cōcorditer sentiūt et rōnabiliter q̃ cum beata virgo in tēplo maneret hāc sibi regulam statuerat. q̃ a mane vsq̃z ad terciā oratōibus insisteret. A tercia vsq̃z ad nonā textrino opi vacaret. A nona ab oratiōe nō recedebat: q̃usq̃z angelus apparēs escam sibi dabat. ⁊ sic q̃tidie in dei laudibus p̄manens semp in eius oratione pficiebat. Cunq̃z videret virgines alias in dei laudibus agere: ducebat̃ zelo nimio bonitatis ⁊ agebat:

vt in vigilijs esset omnibꝫ ꝓpior ⁊ prõptior. In sapientia legis dei eruditior: in hũilitate ⁊ oratõe deuotior: et in om̃i virtute perfectior: ac moribus honestior. Hãc irascentẽ nullus vidit: maledicentez nullus audiuit. Oĩs autẽ sermo ita erat gratia plenꝰ: vt cognosceret̃ in eiꝰ lingua esse deus. Semper deũ bñdicebat ⁊ esca que quotidie de manu angeli accipiebat̃ ipsa sola reficiebatur. Que ꝟo a pontificibꝫ tẽpli accipiebat pauperibꝫ diuidebat. Freq̃nter videbant̃ cũ ea angeli loq̃. Si quis vel que ex infirmis vt sanaret̃ tãgeret eaz: eadẽ hora sanabat̃. Visis ergo eius sacris moribꝫ ⁊ virtutibꝫ q̃dã ex põtificibꝫ Abiathar nomĩe: obtulit magnã pecunie partẽ põtificibus vt eam filio suo traderẽt in spõsam. Prohibebat autem Maria hoc a se dicẽs. Nõ potest hoc fieri vt vir accipiat me in vxorẽ: q̃a virginitatez voui dño. votum aũt obligat ad obseruandũ Juxta illud p̃s. Vouete ⁊ reddite dño. Dicebãt põtifices ⁊ affines eius. Deus ĩ filijs colit̃ ⁊ posterꝫ sicut semꝑ fuit in filijs israel. Maria respõdẽs aiebat. Deus in castitate p̃mo omniũ venerat̃ et adorat̃. Naz Abel in castitate placuit deo. ⁊ a fratre occisus coronã virginitatis et innocẽtie obtinuit Deniq̃ helyas assumptus est a deo: quia cum esset in corꝑe virginitatẽ suam custodiuit. Hoc in tẽplo didici ab infantia mea ꝙ summe chara sit deo virginitas. hoc ab angelis reuelatõe certa cognoui: ⁊ ideo virginitatem meã altissimo deuoui. Factuz est aũt. xij. aut circiter etatꝫ annũ: põtifex publice denũciauit vt ꝟgines q̃ in templo instituebant̃ ⁊ etatis tempus implessent domũ reuerterent̃: vt viris legitime iũgerent̃. Cuiꝰ mandato cum cetere paruissent. sola virgo Maria hoc facere nõ posse se respõdit. tuz quia parẽtes sui eam dñi seruitio mãcipassent. tum q̃a virginitatẽ suã dño deuouisset Tũc anxiatus pontifex eo ꝙ nec cõtra scripturã que dicit Vouete ⁊ reddite: votũ infringẽdum putaret: nec morẽ gẽtiũ inducere auderet. senioribꝫ ⁊ pontificibꝫ conuocatis ait. Nostis ꝙ exq̃ templũ istud est fũdatum fuerũt in eo regum filie et ꝓphetarũ sacerdotũ ⁊ põtificum ⁊ magne atq̃ mirabiles extiterunt: que veniẽtes ad etatem legitimã cõiugium adepte iuxta patꝝ prioꝝ vestigia dño placuerũt: A sola Maria nouꝰ ordo agẽdi inuẽtus est que deo vouit virginitatẽ. Quid igit̃ faciemus de ea: cum et votum seruãdũ sit: et prioꝝ nostroꝝ cõsuetudo nõ dimittẽda. Tũc omniũ hec vna fuit sentẽtia: vt in re tam dubia dñi cõsilium quererent. Cum ergo oratiõi ĩsisterẽt ⁊ põtifex ad cõsulẽdum dñm accessisset ad sanctuarium veste sacerdotali ĩdutus Mox de loco oratorij cũctis audiẽtibus vox insonuit dicẽs. Vt quicũq̃ de domo dauid nuptui habiles sine cõiuge essent: singl̃i virgas suas ad altare deferrẽt: ⁊ cuiuscũq̃ virgula germĩasset ⁊ in cacumĩe eius (ſm Esaie vaticiniuz) spũssanctus in colũbe specie cõsedisset: ipse ꝓculdubio esset cui Maria virgo despõsari deberet. Erat aũt inter ceteros viros sine cõiuge Joseph de domo Dauid: cui cũ incõgruũ videret̃ vt virgã afferret. solus ipse virgam ceteris afferẽtibꝫ subtraxit. Cuius ratõem q̃daz dicũt hanc ꝙ scz fuerit senilis etatis: et ideo pro incõgruo habebat ducere tam teneram virginem in vxorem. Huius ergo dicti gratia questio oritur. Utruz Joseph qñ btãm Mariã despõsauit fuerit vetulus ⁊ senex. Et arguit̃ ꝙ sic. q̃a cum ioseph diu ⁊ familiariter cõuixerit ⁊ cohabitauerit Marie virgini ĩ via: in domo: ĩ mẽsa: nunq̃ motus fuit ad libidinẽ. ergo videtur ꝙ fuit senio cõfractus et debilitatus ac frigidus. Nam si fuisset in robore virilitatꝫ cur nõ fuisset motus ad cõcupiscẽtiã. Ad hoc ꝓtinus respõdetur ꝙ ex hoc nõ cõcluditur Joseph fuisse vetulũ. quia hoc ꝙ nõ mouebat̃ ad ꝯcupiscẽtiã: fuit per virtutem spũssancti que plus potest in reprimẽdo fomitem ⁊ cõseruãdo castitatem q̃ seniũ. Fuit etiam ex abũdanti gratia in Maria ꝟgĩe que vt dicit Alexãder de hal'. ⁊ Bonauen. in. iij. dist. iij. q̃uis esset pulcerrima: a nullo tamẽ viro potuit cõcupisci Nec eius aspectus vrebat aut inflãmabat ad cõcupiscendum. sed potius oẽm cõcupiscẽtiam etiã in alijs aspicientibꝫ extinguebat tanq̃ si quidã virgineus ros per oculos eius efflueret et corda omniũ ad castitatẽ moueret. Si adhuc queras. Quare ergo ab ecclesia cõmuniter depingit̃ senex Joseph. Respõdet̃ ꝙ hoc solitum est ad significãdum castitatꝫ virtutem in Joseph. quia etas senectutꝫ est vita immaculata. Sap. iiij. E cõtrario aũt maledictus peccator centũ annoꝝ Esa. lxv

Unde sic pingi solet senex ne homines suspicarent carnale aliq̄d de Joseph ⁊ Maria, vel q̄a vt dicit Orati⁹ Pictoribꝫ atq̄ poetis q̄dlibet fingendi semꝑ fuit equa potestas ⁊c̄. Credendū est ergo q̄ Joseph nō fuit senio confractus, quod ꝓbat̄ Primo ex causa desponsationis vt scꝫ obsequiuꝫ prestaret virgini ⁊ puero Jesu tam fugiēdo in Egiptum q̄ꝫ redeūdo et cōsequēter vsq̄ ad ꝑfectam pueri etatem deseruiēdo. Constat em̄ q̄ ad talia nō fuisset idoneus senio confractus: q̄a talis eget potius vt ei seruiatur q̄ꝫ seruiat alijs, ⁊ sic onerosior potius fuisset Marie q̄ꝫ obsequētior. Secundo quoq̄ ꝓbat̄ ex autoritate Esaie, lxij. Habitabit iuuenis cum virgine et gaudebit spōsus sup̄ sponsam. Glosa interlinear⁹ dicit. Habitabit iuuenis Joseph cū Maria virgine. Uñ debuit esse iuuenis Joseph ad cōmēdandū diuinū miraculū ꝓphetie descriptū de cohabitatōe iuuenis cum virgine. Et q̄niā etas iuuenilis ꝯm Jsido, li. ethimo, xj. īcipit ab anno, xxviij, ⁊ durat vsq̄ ad annū l. Nam dicit q̄ infantia septē annis finit̄. p̄terea pueritia eo q̄ pura d̄r (necdū ad generandū apta) in viris durat vsq̄, xiiij. annū. Inde vsq̄ ad, xxviij, annū durat adolescētia, i. ad gignēdū adulta. Deinde vsq̄ ad l. annū ꝓtendit̄ iuuētus que vulgariter viri litas dicit̄. Tandē senectus vsq̄ ad finē vite. Sequit̄ ergo ex dictis q̄ fuerit Joseph etatis inter, xxviij, ⁊ l. annos existētis, vt iuxta historiā p̄scriptā esset nuptui habilis.

Sed q̄re virgā suam subtraxerit, dicendū q̄ nō ꝓ vetustate sua sed ex humilitate ⁊ castitatis amore, q̄a cum essꝫ iustus reputabat ex humilitate se indignū fieri spōsuꝫ talis ⁊ tante virginis de qua tā mirabilia audiebat cum esset etiam paup̄ faber ligni. Ad historiā itaq̄ ꝓsequendā redeūtes. Cū pōtifex iterato dñm cōsuluisset eo q̄ nil diuine voci cōsonū in virgis allatis sup̄ altare apparere videret. Responsum accepit q̄ solus ille virgam nō attul it cui virgo Maria despōsari deberet. Comperto q̄ꝫ q̄ Joseph nō attulisset: mox eū afferre coegerunt virgam ad altare: que statim floruit ⁊ in ei⁹ cacumine de celo veniēs columba cōsedit. Sicq̄ cum cogeret̄ vt accipiat virginem. Ipse q̄ꝫ se excusaret. Ait ei pōtifex. Joseph time deum ⁊ memēto q̄ fecit Dathan ⁊ abyron ꝓpter inobediētiam quos terra deglutiuit: ne tibi simile ꝯtingat ꝓpter cōtemptuꝫ. Tunc ioseph despōsata virgine per p̄mā fidem ⁊ iuxta morē mācipata statiꝫ gr̄a castitatis ex btā virgine redūdāte adeo ip̄m Joseph repleuit vt oīs motus cōcupiscētie in eo sopiret̄. et obseruatio virginitatis in se et sua sponsa summe desideraret̄, ⁊ sic factū est q̄ mox diuinitus inspiratōe facta vterq̄ de altero q̄. s. in ꝟginitate vellent ꝑmanere cōsenserūt in maritalē societatē: ⁊ pari cōsensu cōtinētiam deo deuouerūt. Credendum est ergo de Joseph q̄ fuerit virgo: vt dicit Aug⁹. libro de cōiugali bono. Tūc pontifex visa tam mira ostēsione dedit ad societatē beate Marie septē virgīes coeuas ꝓ ei⁹ honore ⁊ solacio vt honorifice deducerent eā ad domū Joseph. Accepit ergo ioseph Mariā et deduxit eam ex templo in Nazareth ad domū suam, ꝯm Crisꝰ. statuēs in futurū diem nuptiarū celebrandū. Et sic patet modus despōsatōis.

De angelica legatione Capl'm. II.

Secūdo inuestigabimus modū angelice legatōis: ꝑ modū vicꝫ hystoricū, q̄a de hoc sufficiēter sup̄ actū est sub alio ꝓcessu. Propter eq̄dem simpliciores quibus maxīe placet ꝓcessus hystoricus: vnā hic cōtemplatōnem deuotā inserui quā ab August. sermone p̄mo de annūciatione, atq̄ alijs deuotis cōtemplatoribꝫ colligere possum⁹ vt p̄missam hystoriā despōsatōis fine debito ꝯcludamus. Contēplandū igit̄ est q̄ cum btā virgo in domo vt p̄dictū est sui spōsi nōdū solenni celebratione nuptiaꝝ facta maneret in sola fide despōsatiōis: in oratorio reclusa ⁊ soli deo vacans: legebat scripturas de christo et ei⁹ aduentu. Et p̄cipue vt putatur reuoluebat et conferebat in corde suo illud Esa. vij. Ecce virgo cōcipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius emanuel ⁊ c̄. Aderat tunc dies felicissima qua decreuerat deus mittere filium suum pro redemptione humani generis incarnādum. Ecce autē dicta scripta cum legeret: cepit sentimenta diuine dulcedinis abūdantius solito corde expiri. Et ex intimis medullis cordis cepit eructare ⁊ dicere hmōi ⁊ similia verba. O deus p̄ris nostri Abraam ysaac ⁊ iacob vtinam saltez semel videre mererer ipsam virginem que cō

ceptura est tuum filium christum venturuz vtinā vel minimū seruitiū ei impendere digna essem, certe oīa relinquēs ei in ancillaz humilē me exhiberē, putasne supuiuam: putasne videbo: putasne hic me īueniet illa sacra natiuitas. O si tm̄ semel admitterer vt eius puulū filiū nascituꝝ osculari ⁊ amplexu dulci fouere quirem. Tūc cepit ardētissimo desiderio lachrimis abundanti⁹ ꝓfusis flāma deuotionis eius cor exurēte: oculis ⁊ vultu in celū eleuatꝫ dicere. O clemētissime deus qui nos creasti miserere homini ꝑdito. Aperi celos ⁊ descende. veni dn̄e et noli tardare: sicut ꝓmisisti patribꝫ nostris te venturū ⁊ tuum filium daturum. ostēde nobis dn̄e misericordiā tuam ⁊ salutare tuum da nobis ⁊c̄. Sic ea orāte sancti q̄z patres nō cessabant de limbo clamare ⁊ orare ac dicere. Memēto nostri dn̄e in beneplacito tuo: visita nos in salutari tuo. Tūc pijssim⁹ de⁹ sciens adesse tempus p̄finitū q̄ mitti debebat christus locutus est ad angelū gabrielē hec ⁊ similia verba que beat⁹ Augustin⁹ in sermone q̄ supra ꝓsequit̄ dicens. Legatum oportet nos mittere ad spōsam ꝑ quē epl'az dirigamus ⁊ eius ꝯsensum req̄ram⁹. O gabriel tu es ad id idoneus: minister g̊ efficito terribilis sacramēti. Ad req̄sitōem errantis Ade a meis debeo descēdere sedibus. Latere aūt volo oēs celestes virtutes. Tibi soli pādo secretū: ad virginē Mariaz ꝑge ad mei filij dignū habitaculū ⁊ denūcia ei mee p̄sentie imbrem. Primā ei vocē gaudiose salutatōis ꝓclama dicens Aue gr̄a plena ⁊c̄. Audiuit hec angelus et intra se cogitabat: dicens. Stupēdū est hoc miraculū qm̄ deus terribil' ⁊ incōprehēsibil' oībꝫ ꝟtutibꝫ angelicꝫ: vni puelle repromittit sui habitaculi p̄sentiā: ⁊ q̄ euam cōdemnauit: eius familiam glorificare intendit. Dixit g̊ angelus ad deū: dn̄e oīpotēs: quō tuā annūciabo p̄sentiam puelle, te em̄ celi ⁊ terre nō capiunt fines: ⁊ quō vterus capiet virgine⁹. aut quō feret Maria ignē ⁊ gloriā tue maiestatꝫ. Et dn̄s ait. Si lesit ignis p̄sentia in solitudine rubum: ledet ⁊ mea p̄sentia virginalē vterū vade ⁊ iussa ꝑfice ethereas rumpe sedes. et dic Marie ꝙ ei vnicū meū do filiū vt sit ipsa mater cui sum ego pater At ne dubitet fienda que mando: spiritus implebit eius aluū ⁊ animū: iā mūdo ꝑdito succurrere volo: et virgini ipsi munera hec dono: iam nō dicat̄ viuētium mater eua sed Maria ipsa regina: ipsa erit dn̄a mundi: ipsa mater veri dei ⁊ hominis: ipsi⁹ erit regnū totū cui⁹ fili⁹ possidet celum. Tunc Gabriel tremefact⁹ imperijs mox volatu rapido ꝑtrāsijt astra nubesq̄z ⁊ aerꝫ spissitudinē celer adit. Radiansq̄z magno lumine: oraculū ingredit̄ ꝟginis clausuz: ⁊ genuflexo salutauit. Aue gr̄a plena dn̄s tecum bn̄dicta tu in mulieribꝫ.

Ad hec virgo expauescēs de lumine: reuerenter ab oratione assurgit ⁊ capite inclinato humillime stans: turbata est in sermone eius: ⁊ cogitabat qualis esset ista salutatio. Non tam de angelica visione curabat qm̄ angelos videre solita erat. sed magis de salutatione inaudita cogitabat et in corde dicere poterat. Quid est hoc dn̄e deus vt taz excellenti salutatione ego pauꝑcula meruerim salutari, cepitq̄z pauere p̄ verecūdia virginali rubore ꝑfusa. Ait angel⁹. Ne timeas maria ⁊c̄. quia nō timorē sed amorē maximū veni euāgelisare. Noli timere sed hoc certū habe quia inuenisti gr̄am apud deuz nō solum ꝓ te sed ꝓ toto genere hūano. gratiam inquā quaz homo amiserat per culpā tu inuenisti: multo felicius ⁊ ꝑ teip̄am recuperata est excellentius. Ecce em̄ concipies in vtero et paries filium et vocabis nomen eius Jesum. hic erit magn⁹ ꝓpheta ⁊ homo magnus in oꝑibꝫ mirandis: q̄ ab eterno est magnus deus: ⁊ filius dei altissimi in veritate vocabit̄. Et dabit illi dn̄s deus sedem dauid patris eius nō quidem sedem regni temporalis: quia regnuz eius nō est de hoc mundo, sed sedē spūalis regni ⁊ celestis hierusalem: quod significat̄ ꝑ regnū Dauid: sicut ⁊ celestis hierusalem per tꝑalem significat̄. Et regnabit in domo Jacob hoc est super oēs electos. Om̄s em̄ filij Jacob a sanctis doctoribꝫ sunt inter electos cōputati: ⁊ regni eius nō erit finis, q̄z ipse nō solum inq̄ztum deus sed etiā inq̄ztū hō de te o Maria incarnat⁹ regnabit in eternū nō solū super hoīes: sed etiā sup angelos. O felix maria, o gloriosissima dn̄a ausculta ⁊ diligēter in corde tuo rumina quāta tibi nūc nūciet̄ gl'ia. Quia inquit ecce ꝯcipies nō sicut alie mulieres in vtero ab extrinseco, i. viro. sz in vtero tanq̄z vere ꝟgo cōcipies et paries nō cuiuscunq̄z meriti hominē sed verum dei fi

liũ angelorꝫ ⁊ hominũ dñm regnãtẽ in eternum. Vñ ait Maria. quõ fiet istud qm̃ virum nõ cognosco. Nõ dubito verbũ tuum implẽdũ: sed cupio scire expssi⁹ sacrm̃, certa em̃ sum de facto sed q̃ro de cõcipiẽdi ⁊ fiendi modo: qm̃ virũ nõ cognosco, i. nõ ꝯgnoscere, ꝓpono. q̃a iam virginitatẽ voui dño.

Tũc angelus declarãs modũ dicit. Spũs sanctus supueniet in te: non putes maria q̃ tu cõcipias hũano mõ: sed diuino, quia virtute spũssancti supueniẽtis in te q̃ nõ solu⁹ mẽtem illã sed etiam vẽtrem sctificabit et dignissimũ deo habitaculu⁹ ꝑparabit ⁊ virt⁹ altissimi obumbrabit tibi. sic em̃ erit in te ꝏ filius q̃ est dei virtus et sapia q̃ sub vmbra carnis latebit ÿtus diuinitatis. ideoq̃ ⁊ qõ nasceꝯ ex te sctm̃ vocabiꝯ filius dei nõ adoptiuus sed p̃ naturã. Noli g̃ o virgo bñdicta in mulieribꝫ extimare q̃ ÿginitatẽ amittas in cõcipiẽdo, sed potⁿ⁹ eã auctã ⁊ magis sanctificatã habeas. Et vt certior fias: ecce Elisabeth cognata tua ⁊ ipsa cõcepit filiu⁹ in senectute sua ⁊ hic mensis sc⁹ marci⁹ in q̃ nũc currũt tpa est sextus illi ꝯceptui Elizabeth. q̃a in mẽse septẽbris cõcepit a quo vsq̃ ad marciũ sunt sex mẽses: q̃ sc⁹ elisabeth vocaꝯ sterilis a iuuẽtute sua: vt scias q̃a de⁹ qui supra naturã ꝯceptũ dedit sterili: daturus est ⁊ tibi virgini supra natura⁹: qm̃ de⁹ oĩpotẽs est et ideo nõ erit impossibile apud deũ omne verbũ, i. factum. O felicissima maria noli morari: en seculũ omne captiuũ tuu⁹ expectat assensum. respõde cito ⁊ suscipe ꝏ filium. Tũc maria genua flexit ⁊ manus leuauit ⁊ hũillime rndit. Ecce ancilla dñi fiat mihi fm ÿbũ tuu⁹, ⁊ statim ÿtute diuina cõcepit filiũ dei: mox tota trinitas in ei⁹ vterũ ingrediẽs dei filiũ incarnauit. O igiꝯ aia fidelis ꝯsidera nũc ⁊ pẽsa quanta dei tui erga te charitas extitit vt dignareꝯ p̃ te in vterum virgis descẽdere. Cõtemplare etiã q̃nta Marie hũilitas. q̃a cum esset mater dei ancillam hũilem se nomiauit. O q̃d putas quãta tũc dulcedo mẽte⁹ virgis repleuerat cum deo plena erat, cum se matrẽ oĩpotẽtis dei esse sentiebat. cum ⁊ virginitatis glia p̃ manẽte ꝯcipiebat. O aia mea vtinã vl scintillã huius diuĩe suauitat⁹ tibi infundi meritis beate virgis posses ĩpetrare.

Tercio vidẽdum est de modo materne iocũdiationis, i. modis ⁊ q̃ꝫ multipliciby gaudijs fuerit iocũdata beata virgo in hac sui filij cõceptione. Hoc em̃ scire duote mẽtes cupiũt vt ad memoriã tãte iocũditatis speciales orõnes exhibeãt beate virgini eã flagitãdo p̃ hec gaudia quatinus dignet intercedere p̃ eis apd filiũ. Breuiter g̃ sua gaudia pstringẽdo nota ad numer⁹, xij, stellar⁹ in corona capit⁹ beate virgis, xij. gaudia eam habuisse in hac filij dei cõceptõe. Primũ gaudiũ habuit q̃a fuit pfectissime sctificata, ps. Sãctificauit tabernaculũ suũ altissim⁹. Secũdu⁹ gaudiũ habuit q̃a in gra et eius plenitudie fuit ꝯfirmata ⁊ ꝯsũmata, vt dicit Hiero. in sermone de assumptõe. Unde et Rich. de sancto victore in expositõe. Ecce virgo cõcipiet li. iij. dicit q̃ tãtam plenitudiẽm gre deus anime beate Marie indidit quãtam eã p̃ futuro mereri cõspexit. Sic em̃ fuit ĩ gra cõfirmata in hac sui secunda sctificatõne q̃ post hoc nõ habuit potẽtiã peccãdi, vt dic̃ Bonauẽ. sup. iij. sentẽtiar⁹, dist. iij. ⁊ Alex. ꝏ bal. iij. parte. q. lxxxviij. Hecnõ Rich. ꝏ media villa sup. iij. dist. iij. q. viij. Terciũ gaudium habuit q̃a donis spũssctĩ super oẽm creaturã puram excellẽtius fuit repleta. Luce. j. Spũsctũs supueniet id est supra q̃ꝫ ĩ alijs creaturis veniet in te vt exponit lyra.

Quartũ gaudium q̃ de pseuerãtia ĩ gra et stabilitate finali fuit certificata. Hoc em̃ habuit magdalena. Luc. x. Maria optimã partem elegit q̃ nõ auferet ab ea in eternu⁹. Hoc habuerũt ⁊ apli sciẽtes spũmsctm̃ p̃ mãsur⁹ in eis in eternũ. Job. xiiij. Itẽ habuit etiã Paulus apl'us Ro. viij. Certus inq̃t sum q̃ neq̃ mors neq̃ creatura separabit nos a charitate q̃ est in christo, ergo hoc nõ debet negari a virgĩe, q̃ fm Bern. ⁊ Damas. priuilegia gra⁹ alijs cõcessa ab ipsa negari nõ debẽt sed ꝯcedi. Et hãc certitudinẽ ꝏ p̃seuerãtia habuit vel hre potuit diuina ĩspiratõne vel reuelatõne aut alio modo ꝯgruenti. Quintũ gaudiũ habuit, q̃ manente virgĩtate est sine omni corruptõe grauidata: A seculo em̃ nõ fuit tale auditũ vt virgo eẽt et mr: sicut dicit Origenes, ⁊ ideo de honore summe ⁊ singularis virginitat⁹ maximũ gaudium habuit. Sextum gaudiũ. quia fuit a spũsancto fecũdata ⁊ filio dei inhabitata. ꝓterea fuit q̃ntum possibile est in pnti vita dulcedine spũssancti ineffabiliter sup

oēs recreata p̄gustatione diuine suauitatis de q̄ p̄s. Quā magna mltitudo dulcedinis tue dñe quam abscōdisti ti.te. Et Sap.xij. O q̄ bonus ⁊ suauis est domīe spūs tuꝰ in nobis. Et certe mlto excellētiꝰ in Maria.

Septimū gaudiū.qꝛ luce diuīa fuit irradiata. sentiebat em̄ se lumīe ꝓphetie illustratā diuīo lumīe eā irradiāte. vnde ⁊ cāticum edidit Magnificat aīa ⁊c̄.in q̄ triplr ꝓpheuit.s.de p̄senti p̄terito ⁊ futuro. Item sentiebat etiā ex diuīo lumīe sacre scripture misteria sibi reuelata ⁊ sciētiarū profunda ⁊c̄. Octauū gaudiū qꝛ fuit sibi vt pie credit̄ d̄i facies reuelata:quod certe credi pōt verbo in eius vtero cōmorāte esse factum. Si em̄ paulo ⁊ moysi cōcessum est diuinitatē vidisse vt dicit Augꝰ.multo magis marie: cuꝫ a nullo illustriū supet̄ s̄m Damas. Nonuꝫ gaudiū.qꝛ fuit mr̄ dei vocata ⁊ effecta quo nil pōt dici maius ad virginis honorē.et h̄ solo posito ꝙ sit mater d̄i sequit̄ ꝙ ip̄a sit purissima.qꝛ deus in mūdissimo habitare dignat̄. Item sequit̄ ꝙ sit d̄o acceptissima.q̄a ipsa sola hāc apud deum inuenit gr̄am. Itē sequit̄ ꝙ sit om̄i laude dignissima. quia ip̄a sola p̄ alijs hac gloria decorat̄. Item ꝙ fuerit deo familiarissima ⁊ diuina consolatiōe plenissima:aīaq̄ eius ꝑfectissima:⁊ oīb̄ creaturis ipsa amātissima quia genuit creatorē mūdi. Decimū gaudiū ꝙ redēptio humani generis ⁊ reꝑatio fuit ea mediāte inchoata ⁊ īpleta.ꝓpter qd̄ sciebat ꝙ ex h̄ beatam ipsam dicerēt oēs generatōes:ipsa teste in cātico Iu.j. Ex hoc q̄ꝫ sciebat ꝙ ipsa eēt mediatrix ⁊ aduocata hūani generis ꝯstituta apud deū.⁊ ꝙ ipsa foret mr̄ gratie ⁊ mater miscd̄ie:materq̄ salutis eterne in oībus sctīs ⁊ electis.et idcirco summū ex his gaudiū cor eius cōcipiebat. Undecimū gaudiū habuit ꝙ carnis sue portio ī xp̄o fuit diuinitati vnita ⁊ sic in ea ac ꝑ eam hūana natura summe dignificata. In hoc q̄ꝓpe maximū gaudiū habebat.qꝛ sciebat ꝙ oēs angeli ⁊ homīes oēsq̄ creature adorare deberēt carnem de ea sumptā in xp̄o ⁊ ꝑ cōsequēs ī ipsa ⁊ de ipsa scꝫ btā virgine deum eternalr oēs laudarēt bñdicerēt glorificarēt:di.illud quod canit eccl'ia. Bñdictus es dñe deꝰ in throno regni tui.i.in btā virgīe vel carne d̄ ea sumpta. Duodecimū gaudiuꝫ habuit ꝙ ipsa fuit sup̄ oēs creaturas exaltata gratia meritis ⁊ gloria. Ex hoc maximū habuit gaudiū sciens ꝙ intātum fuerit exaltata ꝑ hāc filij dei maternitatē vt ip̄a esset regīa celoꝝ:dña angelorū:imꝑatrix totius orb̄. Et qd̄ maius est ꝙ deum sic ꝑ oīa sibi cōdescēdentē haberet ⁊ obtemperātem tanq̄ filiuꝫ ad nutum obediētē. Et oīs potestas ei data esset in celo ⁊ in terra vt q̄cq̄d vellet valeret impetrare ⁊efficere vt dicit Bern̄. Sciens etiā ꝙ ei deseruirent tanq̄ dñe oēs angeli et oēs sctī ac vniuersa creatura mūdi ⁊c̄. O q̄s igit̄ possit extimare. q̄s valeat cōprehēdere et sufficiēter pēsare quanto gaudio iocūdabat̄ cor virgineū btē Marie ꝓ filij sui cōceptione cum sciebat ⁊ exꝑimentali gr̄a sentiebat se esse ꝑ hoc plene sctīficatā: in gr̄a cōfirmatā:donis spūssancti sup̄ oēs repletā: et d̄ salute ac gl'ia eterna certificatā. O fidel' aīa ingredere in cor bñdicte virgīs ⁊ vide saltē aliquātulum quāta suauitate leticie spūalis abūdet ꝓ his bonis excellentissimis cuꝫ et insup̄ sentit se in virginitate integra spūisancto fecūdatam ⁊ eius incredibili dulcedine cōsolatam diuīa luce irradiatā ac visione diuinitatis summe delectatā ⁊ deo plenam. Sed ⁊ q̄d putas quāto dulcore cōsolationis diuine sit delibutum eius cor cum agnoscit se esse matrē dei purissimā dilectissimā ⁊ om̄i laude dignissimaꝫ.mediatricēq̄ ⁊ aduocatam generis huani apud deuꝫ:sui sanguīs portionē vel carnis in christo diuinitati vnitam ⁊ ab oīb̄ creaturis adorādā. sup̄ oēsq̄ se exaltatā ⁊ mūdi dñam effectam Mirat̄ certe de his maria ⁊ exultās in spū in deo salutari suo: leta gestat filium dei in vtero Et q̄d ipsa dicat in hoc indicibili suo gaudio:audiamus hoc ꝑ certo qd̄ canit ecclesia Cōgratulamini inq̄t mihi oēs q̄ diligitis me:quia cū essem paruula placui altissimo ⁊ de meis visceribꝫ genui deum ⁊ hominē. Cōgratulamini marie omnes angeli archāgeli throni et queq̄ celestes virtutes. Cōgratulamini oēs sctī patres p̄riarche et ꝓphete:reges ⁊ p̄ncipes populi. Cōgratulamini oēs gētes diuites ⁊ paupes:viri ⁊ mulieres:pueri ⁊ senes Cōgratulamī inq̄t oēs Maria q̄ me diligitis vt ⁊ a me diligamini et de gr̄a mea repleamini. Gaudete vna mecum oēs mei deuoti ⁊ affectuoso corde mihi seruiētes.qꝛ ecce deum vestrū ꝓ dilectōe vestra hoīeꝫ factū meo gesto in vtero. Gau

dete qz meo saluifico ꝓceptu ꝑsto est vobis salus et gloria sempiterna Amen.

¶ Pars septima huius primi libri agit de diuine incarnatõis apparitõe z ꝓfectiõe atq; mirabili cõditione vt patebit.

Ecce cõcipies et

e paries filiuz z vocabis nomẽ eius Jesuz. Uerba sunt angeli annũciantis dei z dñi nostri Jesu christi conceptum salutiferũ ipsi benedicte virgini, z scribunt Lu.j.ca. In quibus q̃dem verbis datur intelligi q ipsius amorosi dñi nostri Jesu xpi cõceptio est summe admirabil: amabilis: z putilis. Admirabilis q̃ppe qz quẽ celi cape nõ poterãt vnius puelle clauditur vtero. Hoc est illud nouũ Hieremie vaticinio ꝓphetatũ cap. xxxj. Nouum inq̃t faciet dñs sup terram femĩa circũdabit virum. id est christum. de quo Bern. in q̃dam sermone exclamans ait. O venter capacior celis. diffusior terris: qui illum ꝓtinere valuit q̃ tribus digitis molẽ terre appẽdit. Origenes q̃z dicit. Quis vnq̃z audiuit talia vt mater sit z virgo: deus sit factus homo. A seculo non est factũ tale vt portitor orbis portaret manibꝫ femineis. z q̃ oĩa continet angustia cõtineat vteri virginalis. Item ista cõceptio est summe amabilis qua p nostro amore verbũ caro factũ habitauit in nobis: supmus oĩm ĩmortalis et impassibilis deus p nostra dilectione factus est minoratus ab angelis: passibilis z mortalis homo. os nostꝫ caro et frater nostre infirmitatis particeps. Quid nẽpe mihi amabilius q̃z q deus meus factus est caro et frater ac ꝓpinquus meus. ꝓterea Bern. dicit. O felix Maria q̃ntum te amare debemus p quã talem fratrẽ habemus. Et itez. Puto inquit q iam mespnere nõ poterit deus cũ sit os caro z frater meus. Denicq̃z ista incarnatio vel cõceptio est summe vtilis q̃a p eã saluati et liberati ac summe dignificati sumus: et oĩe bonũ qd amisimus p peccatũ: per hãc diuinã incarnatõem recupauim⁹. Hinc Bern. in sermone quo supra dicit O maria btãm te dicẽt oẽs generatiões ex hoc. i. ex tua dominica ꝓceptione. qz oĩbꝫ generatõibꝫ vitã et gl̃iam inuenisti. Hec ille. Ista angel⁹ annũcians in ꝑmissis verbis insinuat. ꝑmo q̃dem admirabilitatem cõceptõnis: cum ait. Ecce cõcipies. Ecce enĩ quoddã nouitatis inaudite signũ est demõstratiuuz. Secũdo amorositatẽ cum subdit. et paries filiũ. Filium inquã dei ꝓm diuinitatem et filiũ tuum ꝓm hũanitatem: q̃d amoris est expressiuum Tercio vtilitatem qz addit: et vocabis nomen eius Jesum: in quo nomĩe saluatõnis vtilitas exprimit. quia Iesus saluator interpratur. Math.j. Ipse enĩ saluum faciet populum suuz a pctis eoz. Itaq̃z in ꝑsenti sermone de hac dñica cõceptõe loquẽtes: tria ꝑncipalia misteria declarabimus.

Primũ misteriũ de appropriatõis.
Secundum dicit ꝓfectõis.
Tercium dicit admirationis

Articulus primus de eo q christi incarnatio z ꝓceptio in viginis vtero facta attribuitur in sacra scriptura spirituisancto.

¶ Capitulum. I.

Primũ itaq̃z mi

p sterium de hac cõceptiõe declarandum dicitur appropriatiõis. id est q ista sacratissima ꝓceptio appropriat spũisctõ. sic ptz Math.j. Quod in ea natũ est de spiritusancto est. et in pluribus locis scripture istud accipitur. propter quod z in symbolo dicit. Qui cõceptus est de spiritu sancto zc. Unde et angelus dixit ad virginem (cum quesisset quomõ fiet istud zc.) spiritussctũs inq̃t supueniet in te zc. Circa ꝗ itaq̃z misteriũ vt intelligibilius z simplicius ꝓter populum simplicis ingenij ꝓcedatur tres ꝑcipue virtutes ĩtroducunt theologice. Primo veritas q tota trinitas operata est et fecit hãc domini nostri Jesu conceptionem seu incarnationẽ. Secũda veritas q sola ꝑsona filij absq̃z ꝑsona patris z spũssancti assumpsit humanã naturam p hanc cõceptionem. Tertia veritas q ista conceptio christi magis attribuit spũisancto q̃z pri z filio p appropriatõz zc. Prima inquam veritas est q tota trinitas operata est z fecit hanc incarnatõem dñicã. Hec veritas ꝓm doctores sup tercio sniarꝫ dis. iij vicz Tho. Rich. petꝫ aureoli z Bonauen. dist. v. eiusdẽ: aliosq̃z cõiter doctores oñdit

Primo autoritate.
Secundo vsu scripture
Tercio inductiua declaratõe

Primo q̃dem autoritate Dioni. ij. ca. de di.

nominibꝫ dicẽtis, ꝙ om̃e nomẽ dei opatio-
nem in creatura designãs cõiter cõuenit to
ti trinitati: licet attribuat̃ alicui ꝑsone ex sin
gulari causa. Itẽ autoritate Augustini, j. de
trini. dicentis. Indiuisa sunt opa trinitatis
Quicq̃d ergo opat̃ vna ꝑsona opat̃ et alia:
cum ꝑsone sint indiuisibiles: Et sic xp̃i in-
carnatio a tota trinitate est causata. Secũ
do ostẽdit̃ ex vsu scripture sic q̃ppe scriptu-
ra vtit̃ ꝙ aliqñ hoc op⁹ ĩcarnatõis attribuit
pr̃i, vt ibi Gal. iiij. Vbi venit plenitudo
tp̃is: misit deus filiũ suũ factum ex muliere.
Aliqñ ꝟo attribuit̃ filio Joh. xvj. Exiui a
patre ⁊ veni in mũdũ. Aliqñ ꝟo spũisancto
vt Math. j. Qđ in ea natũ est đ spũsancto
est. Et hoc ideo q̃a opus incarnationis fuit
maxĩe potẽtie: sapĩe: ⁊ bonitatis. q̃ tribꝫ ꝑso
nis attribuunt̃. ⁊ ideo claret ꝙ oẽs tres ꝑso
ne opate sunt istam incarnatõem. Tercio
quoqꝫ ostẽdit̃ inductiua declaratõe, quia in
hac incarnatõe manifestat̃ dei patris potẽ-
tia. Primo in hoc ꝙ maxime distãtia. s. na-
turã diuinã ⁊ humanã cõiunxit. Secũdo
in hoc ꝙ suũ filiũ vnigenitum nobis dedit
Joh. iij. Sic deus dilexit mũdũ vt filiũ su
um vnigenitũ daret. Tercio quoqꝫ in hoc
ꝙ corpus xp̃i subito ⁊ in instanti ꝑfectũ ef-
fecit. Itez filij dei operatio manifestatur
Primo q̃ꝫtum ad sapĩam inq̃ꝫtum cõueniẽ
tẽ modũ repatõis inuenit ꝯtra diaboli astu
tiã ⁊ deceptionẽ. Job. xxvj. Prudẽtia eius
ꝑcussit suꝑbũ. Secũdo q̃ꝫtuz ad iusticiã in
eo ꝙ ꝑ modũ satisfactõis redemit gen⁹ hu-
manũ. Tertio q̃z q̃ꝫtum ad carnis nr̃e susce
ptionẽ quã sibi vniuit. Itẽ spũssancti ope
ratio manifestat̃, quia ipse matrẽ virginẽ ꝑ-
uenit ⁊ sanctificauit. Secundo q̃a carnem
christi in ei⁹ vtero formauit. Tercio q̃z bo-
nitas spũssctĩ manifestat̃ inq̃ꝫtum ꝓprij plas
matis nõ despexit salutẽ. Ecce igit̃ patet ꝙ
tota trinitas simul fecit hãc incarnatõem et
q̃libet ꝑsonaꝝ aliq̃d opata est in ea.

Secunda veritas ꝙ sola ꝑ Cap. II.
sona filij absqꝫ ꝑsona patris ⁊ spũs
sancti humanata est vl' hũanã na-
turam assumpsit in hac cõceptione, iuxta il
lud Joh. j. Verbũ caro factũ est ⁊c. Et Lu.
j. Filius altissimi vocabit̃ ⁊c. Nã licet potu
erit q̃libet ꝑsonaꝝ diuinaꝝ carnẽ assumere
nõ tñ decebat vt pr̃ assumeret vl' spũssctũs
sed solus filius, vt de hoc rõnes plures po-
site sunt supra parte. j. ar. ij. ca. iij. Qđ si for
te dicas. Ego nõ capio quõ hoc fieri possit
vt vna ꝑsona incarnet̃ sine alia cũ ꝑsone di
uine sicut sunt ĩdiuisibiles ⁊ inseꝑabiles: ita
⁊ inseꝑabil'r opant̃. Ad qđ rñdet̃ ꝟm do-
ctores suꝑ tertio sñiaꝝ: ꝑcipue ꝟm Bonauẽ
turã dist. j. q. j. arti. ij. Et ꝟm Franciscũ ma-
ronis Richardũqꝫ ꝙ absqꝫ dubio vna ꝑso
na incarnari potest ita ꝙ alia nõ incarnet̃.
vt docet Augustin⁹ ꝑmo libro de trinitate
et opis euidentia manifestat, quia solus fili
us dei christus est incarnat⁹. Nam assum-
ptio carnis terminat̃ ad ꝑsonã et nõ ad di-
uinã essentiã. ⁊ sic sicut vna ꝑsona ẽ alia ab
altera: ita vni ꝯuenit aliq̃d qđ nõ conuenit
alteri scꝫ ipsa incarnatio. Hoc aũt posse fie-
ri ostẽdit̃ tripl'r. Primo scripture autori-
tate, quia sacra scriptura in multis locis di
cit filiũ mitti a patre, nunq̃ꝫ aũt legit̃ pater ẽ
missus, sicut ergo mitti põt cõuenire vni ꝑ-
sone sine alia: ita ⁊ ĩcarnari: cum incarnari
nõ aliud sit q̃ꝫ in carnem mitti. Secũdo
ostẽdit̃ rõne ꝟm Bonauenturã tali. quia in
carnatio est vnio in ꝑsona, ergo si alia est ꝑ-
sona patris alia filij alia spũssancti, videtur
ꝙ si vnio sit in ꝑsona vna: nõ sit necesse fie-
ri in alia ⁊ si vnio potest fieri simil'r ⁊ incar-
natio. plures rõnes de hac causa breuitatis
ꝑtrãseo. Tercio ostẽdit̃ similitudĩe ⁊ exẽ-
plo. Et de hoc ꝟm Augustinũ vbi suꝑ po-
nit̃ talis similitudo. Sicut si tres artifices
fabricarẽt vnã loricã de q̃ vn⁹ solus eorum
armaret̃. Itẽ si tres puelle faciãt vnã cami
siã ⁊ induãt tm̃ vnã eaꝝ ipsa camisia. Ecce
lorice vel vestimẽti operatio ⁊ induitio est a
tribus: nõ tamẽ tres induuntur sed vna so
la. sic incarnationẽ christi operate sunt tres
ꝑsone ⁊ tñ vna sola đr incarnari. Itẽ aliud
exẽplũ addit̃. Videm⁹ ꝙ in flore vel pomo
simul sunt hec tria odor sapor color. ⁊ tamẽ
vnũ sentiri põt sine alio. q̃a cũ odorat̃ sentit̃
tm̃ odor, vl' cũ a remotis aspicit̃ sentit̃ color
sine sapore ⁊ odore. Itẽ cum in corpore sint
tria: linea suꝑficies ⁊ corpus: tm̃ superfici-
es coloratur. Item in igne cum sint tria. scꝫ
substantia ignis: splendor ⁊ calor. si oppona
tur speculũ: solus resplẽdor relucet in specu
culo, et plura alia exempla de hoc possunt
ꝓduci. Deus ergo multo magis hoc potu-
it vt vna ꝑsona incarnaret̃ sine alia.

Capitulum, III.

Tercia ꝟitas ꝙ ista xp̄i cōceptio magis attribuit̄ spūisancto q̄ꝫ patri et filio ꝑ appropriationē Licꝫ vt dictū est tota trinitas fecerit eā Et ideo cōgruēti⁹ d̄r ꝙ ꝯceptus sit xp̄s de spūsancto q̄ꝫ d̄ deo patre. Licet em̄ ꝯceptio xp̄i sit opus triū ꝑsonarū. ⁊ ideo appropriari pōt trib⁹ ꝑsonis ꝟm diuersas cōsideratōes. Nā patri attribuit̄ auctoritas huius incarnatōis vel cōceptiōis. qꝛ ipse misit ⁊ dedit filiū q̄ auctoritate patr⁹ carnē assumpsit. Filio q̄ꝫ attribuitur ipsa carnis assumptio. et spūisancto corporis xp̄i formatio. Tñ scriptura appropriat spūisctō hanc cōceptōem magis q̄ꝫ alteri ꝑsonaꝝ Et hoc ꝟm Tho. in tercio scripto sniaꝝ dist. iiij. ar. j. q. j. aliosq̄ ꝯcorditer doctores. triplici rōne. Primo rōne bonitatis ⁊ charitatis. Secūdo rōne liberalitatis. Tercio rōne sanctitatis. Primo inquā rōne bonitat⁹ ⁊ charitat⁹. Nā vnaq̄q̄ꝫ opatio diuina magis est appropriabilis alicui ꝑsone ꝟm ꝙ in ea magis manifestat̄ attributū quod illi ꝑsone appropriat̄. sed bonitas ⁊ charitas appropriat̄ spūisctō. Spiritussanct⁹ em̄ est charitas ⁊ amor p̄ris ⁊ filij. vt ait Aug⁹. li. vj. de trini. ⁊ allegat̄ a magistro in p̄mo sniaꝝ dist. x. Uñ ⁊ Hiero. super. xliiij. p̄s. ait. Spūssanct⁹ nec pater est nec filius: sed dilectio quā habet p̄r in filiuꝫ et filius in patrē. hec li. sniaꝝ vbi supra. Ex maximo aūt amore ⁊ bonitate d̄i ꝓuenit vt filius d̄i carnē sibi assumeret in vtero virginis. Joh. iij. Sic deus dilexit mūdū vt filium suū vnigenitū daret ⁊c̄. ergo mag⁹ spūisancto appropriat̄ ista ꝯceptio. Secundo rōne liberalitatis: vt em̄ ostēdat̄ ꝙ nō ex aliquib⁹ merit⁹ sed ex sola liberalitate et gr̄a filius dei carnē assumpsit. ideo spūisctō qui est ipsa gratia ꝯceptio xp̄i attribuit̄. vt Augustin⁹ dicit ī Enchiridion. Hoc est qd̄ ait apl'us. Nō ex opib⁹ inq̄t iusticie q̄ fecimus nos sed ꝟm suā misc̄diam saluos nos fecit. Ad Titū. iij. Tertio rōne sctītatis. Naꝫ spūssanctus est spūs sctīficatōis. vt d̄r Roma. j. Et ideo sicut alij ꝑ spūmsctm̄ sctīficātur spūaliter vt sint filij d̄i adoptiui: ita xp̄s ꝑ spūmsctm̄ est in sanctitate ꝯceptus: vt eēt fili⁹ dei naturalis. ⁊ ꝓpter hoc angelus post q̄ꝫ p̄miserat: spūssanct⁹ supueniet in te: conclusit dicēs Ideoq̄ et quod nascet̄ ex te sanctum vocabit̄ filius dei. Luce. j. Ex oīb⁹ itaq̄ꝫ p̄missis colligere possumus et agnoscere quāta charitate deū nostrū et dñm Jesum christuꝫ diligere debeamus: vt ei ꝑ tāta sua circa nos charitate ⁊ liberalitate retribuere valeam⁹ ꝓ nostro modulo vicē reamatiōis Quis enim nō studeat reamare se amantez deum ⁊ q̄dem summe bonū ⁊ amabilē: summa beneficia largiētē: ꝑpetua charitate nos diligentē: et in eterna beatitudine ꝑpetua felicitate p̄miantē. O anima mea vtinā te excuteres de puluere: vtinā mente pia recogitares quantum te dilexerit deus vt se dederit pro te ⁊c̄.

¶ Articulus secundus de ꝑfectōne diuine incarnationis ⁊ conceptionis christi.

¶ Capitulum. I.

Secundū misterium declarandum de ista sacratissima cōceptōne domini nostri dicitur ꝑfectōis. Ubi ostendit̄ quāta perfectione sit cōceptus dominus Jesus in vtero sacratissime virginis Marie. Ubi nota ꝙ licet christus ml'tiplici ꝑfectione sit cōceptus. tamen vt eas compendiosius perstringamus: triplicem in hac parte hui⁹ cōceptionis excellentiam et perfectionem declaramus.

Primo ꝑfectionē ex parte matris

Secundo perfectionē ex parte humanitatis domini.

Tercio ꝑfectionem que se tenet ex parte diuinitatis christi.

Primo itaq̄ꝫ in hac dñica cōceptiōe cōtemplemur ꝑfectionē ⁊ excellētiaꝫ que se tenet ex parte matris: qm̄ ipsa beata ꝟgo triplicem ꝑfectionē in hac cōceptione habuit.

Primo ꝑfectionē virginitatis. Secūdo ꝑfectionē sanctitatis. Tertio ꝑfectiōeꝫ maternitatis. Primo inquā habuit ꝑfectionē virginitatis. quia ipsa concepit filium sine corruptione virginitatis ⁊ sine omni concupiscentia ac delectatione carnali: quin potius in summa suauitate spirituali: quia eius mētem inhabitabat deus: et ideo exultabat cor eius in deo salutari suo. Uñ Augustinus libro de virginitate dicit ꝙ betior fuit beata virgo cōcipiendo christū mēte q̄ꝫ corpore. Et infra cōcludit ꝙ ꝓpinquitas Marie materna nil profuisset nisi felicius deum corde q̄ꝫ corpore gestassꝫ. Hec ille

Istud aũt quõ sit intelligendũ. Respondet̃ ſm doctores q̃ nõ aliter nisi cõsiderent̃ in-
q̃ntum vnũ nõ excludit aliud: al's secus. q̃a
cõcipe xp̃m carne ⁊ esse dei matrẽ nõ potest
esse sine sanctitate mẽt; Uñ ista cõceptio in
Maria est optima q̃ est carne ⁊ mente. Si
em̃ posset q̃s ꝯcipe xp̃m carne sine ꝯceptõ
ne mẽtis fide nil esset. Secũdo habuit p̃-
fectionẽ sanctitat;. q̃a nulla fuit in hac con-
ceptione infectio scz pctĩ originalis: qm̃ de
spũsancto btã virgo filiũ ꝯcepit ex purissi-
mo suo sanguine. ꝓpterea angelus dixit Lu
ce. j. Ideoq̃ ⁊ qd̃ nascet̃ ex te sanctuz voca-
bit̃ filius dei. Sanctũ q̃ꝑe ſm Dyo. xl. ca.
de diui. noĩbꝫ d̃r illud qd̃ est ab oĩ immũdi
cia liberꝫ ⁊ p̃fectũ ac mũduz ⁊ ĩmaculatum.
Q̃ aũt cõcepit ex purissimo suo sanguine
ostẽdit̃ tripl'r. Primo ex snĩa doctorali. Se
cũdo ex exẽplo miraculi reuelati. Tertõ exẽ
plo ex silitudine naturali. Prĩo ostendit̃
snĩa doctorali: ita em̃ cõiter doctores senti-
unt sup tercio sentẽtiaꝝ dist. iij. ca. p̃mo. vbi
magister dicit. Christꝰ inq̃t copulauit ex pu
rissimis ⁊ sanctissimis ipsiꝰ virginis sangui
nibꝫ carnẽ aĩatam aĩa rõnali nõ seminãs sz
p̃ spũmsanctũ creãs. Hec ibi. Et est senten
tia Damasceni. Sed q̃ri hic põt de h̃ qd̃
dicit̃ p̃ spũmsctm̃ creãs. Quõ iste sanguis
d̃r creatus in btã virgĩe de q̃ scz sanguĩe fa-
ctũ est corpus xp̃i: cum ille sanguis nõ est fa
ctus de nihilo: nã creare est aliq̃d ex nihilo
facere. Ad hoc respõdet̃ ſm Bonauen.
q̃ hic creare accipit̃ p̃ condere. q̃a caro xp̃i
cõdita est ex illo purissimo sanguĩe spũssctĩ
ꝟtute ⁊ ptãte. q̃ scz spũssctũs condidit et for
mauit sua potẽtia corpꝰ xp̃i nõ extra: sed in-
tra eius gloriosa viscera mẽsibꝫ nouẽ educã
dũ. Sed adhuc q̃rit̃ de q̃ sanguĩe puro
virginali ⁊ quõ formatus est xp̃s. Rñdet
Joh. nider allegãs snĩam Alb. magni q̃ ex
purissimis guttis sanguĩs cordis ꝟtute spi
ritussancti in eiꝰ vteꝝ p̃ venas deductis vt
pie credit̃. Et quõ hoc patet in exẽplo ĩme-
diate subsequẽti. Scd̃o g̃ hoc idẽ ostẽdit̃
exẽplo miraculi reuelati. Nã p̃dictꝰ mgr̃ io
hãnes in sermone suo de annũciatõe refert
magnũ Albertũ scripsisse q̃ nouit quẽdã re
ligiosum simplicẽ deũ valde timẽtez q̃ cum
aliq̃ñ apud se miraret̃ de ꝯceptõe filij dei ĩ
vtero ꝟginali in orõnibꝫ pl'ibꝫ rogauit bea-
tã ꝟginẽ vt certificaret̃ de illo. In nocte igi
tur natalis xp̃i p̃ eundẽ p̃ma celebrata mis-
sa ꝓpe altare vidit lucẽ magnam et nobilissi
mã dñam dicentẽ Quare hesitas ait de ꝯce
Octaua stella dicit triũphatio. de q̃ gaudens in dño glĩat virgo cũ ait. Fecit potẽtiã in brachio suo: dispersit supbos mẽte cordis sui. Plimix brachiũ dei dr filiꝰ dei q̃ est filiꝰ ꝟginis fm expositionẽ Bede, qr sic hõ opatur p brachiũ: ita deus p verbũ suũ, i, filiũ opatus est oĩa Joh. j. In ꝓncipio erat verbũ. z infra, oĩa p ip̃m facta sũt. In ꝗ suo brachio, i. filio, deꝰ pater fecit potẽtiã magnã cũ potenter triũphauit deuincens potẽtissimũ diabolũ q̃ humanũ genꝰ possedit. Vñ subdit. dispersit supbos mẽte cordis sui Cyrillꝰ. Magis inq̃t ꝓprie de demonũ hostili caterua intelligẽda sunt hec verba, hos eĩm seuiẽtes in terra dissipauit aduenies dñs. Hec ille. Merito igit̃ beata virgo de hac stella triũphatõis gloriat̃. qr p eam z in carne de ea sumpta dñs de diabolo potẽtissime triũphauit: vt iam impletũ sit illud Geñ, iij. Ipa, s, maria conteret caput tuũ: qm̃ p btãm virginẽ mediante filio potestas demonũ est ꝛtrita. Qd̃ si queras quõ p virginẽ mediãte filio dicat̃ potestas demonũ esse ꝛtrita cũ videamꝰ etiã nũc demones magnã potestatẽ habere in hoĩbus Nam certa experientia videmꝰ q̃ multoꝝ hominũ etiã xp̃ianoꝝ corpa obsident demões multoꝝ etiã mẽtes excecant. Item adhuc demões nos impugnãt z huic mũdo ꝓnci pant̃, iuxta illud aposto, Eph. vj. Nõ ẽ nobis colluctatio aduersus carnẽ z sanguinez sed aduersus mũdi rectores tenebraꝝ harũ z ĩ tpe antixp̃i habebit diabolꝰ maximã potestatẽ tẽtandi z vexandi xp̃ianos. Itẽ sic̃ ante incarnationẽ tãtũ potuit nocere quãtũ pmissus ẽ ita z nũc, q̃ videt̃ q̃ in nullo sit eiꝰ potestas ꝛtrita vel diminuta. Ad ꝗ respõdet̃ fm Bonauẽ, sup, iij, di, xix, ar, iij, q, j, q̃ p passionẽ xp̃i in carne de ꝟgine sumpta sumꝰ liberati de ptãte diaboli: ꝓpt̃ qd̃ saluator dicit Joh. xij. Nunc ꝓnceps hui ꝰ mũdi eĩcietur fo. Et ꝗ patebit sic, diabolꝰ eĩm aũ passionẽ xp̃i habebat duplicẽ manũ: vicz attrahentẽ z impellentẽ Danꝰ attrahẽs erat potestas trahẽdi ad lymbũ etiã iustos z sanctos, z hec erat tãte potẽtie vt nullꝰ posset ei resistere: ista oĩno est amputata p passionez: iam eĩm nullũ iustũ z sctm̃ põt ad lymbũ trahere. Danꝰ ãt impellẽs erat potestas p̃cipitandi in malũ z p fallaciã z p violẽtiã: qr tẽtabat vt draco z vt leo fm Aug. Hec erat ita fortis vt cũ magna difficultate possz q̃s ei resistere, z iõ in multis ĩmo fere in oĩb regnabat. hec p passionẽ debilitata est qr datum est lumẽ veritatis ꝗ diabolicã fraudulentiã z adiutoriũ virtutꝫ ꝗ violentiã. Jam eĩm fere oĩbus est ꝟitas ꝓpalata: z iõ destructa est idolatria q̃ ꝓpus in mundo regnabat. Jã etiã adiutoriũ ꝟtutis tribuit̃ p gratie infusionẽ q̃ repmit ꝛcupiam z p angelicã ꝓtectionẽ q̃ cõprimit potestates aduersas. Ad illa aũt q̃ obĩciunt̃ dicendũ est fm eundem Bonauẽ. q̃ diabolꝰ obsidere corpa z excecare mẽtes modo nõ põt nisi q̃s ei ex culpa sua vires tribuat: sic̃ sũt illi q̃ sacramẽta xp̃i contẽnunt vñ nõ tot hodie diabolꝰ obsidet q̃t aũ ꝛsueuerat obsidere. Item q̃ꝫuis fm apost. nobis nũc incũbat colluctatio z pugnõ tũ elongamur a victoria nisi interueniat nostra negligẽtia fm q̃ dr. j. Chor. x. Fidelꝰ deꝰ q̃ nõ pmittit vos tẽtari sup̃ id qd̃ potestis: sz faciet cũ tẽtatõe, puentũ: q̃ꝫuis itaq̃ p xp̃m potestas diaboli sit supata tũ in nobis est dare vires hosti z nos subiugare potestati diaboli, iuxta illud Hiero. Debilis est hostis antiquꝰ nõ põt vincere nisi volentẽ. Et qr in tpe antixp̃i abundabit iniq̃tas z refrigescet charitas, teste saluatore Math. xxiiij Jõ vires sumet diabolica ptãs z iusto dei iudicio pmittet̃ amplꝰ ad maluz impellere q̃ꝫ pmissus fuit in tpe p̃cedenti. Ad vltimũ vero obiectũ dicendũ q̃ deꝰ ante incarnationẽ amplꝰ pmittebat diabolũ ex suo iusto iudicio z noster ꝛsensus amplꝰ ei subiacebat ex vicio nostro p ꝗ q̃ regnabat ignorantia z etiã ꝛcupia deficiebat ꝟitas z gratia. z sic patz q̃ p beatã virginẽ mediante filio cõtrita est z debilitata potestas diaboli. Hec Bonauentura.

Capitulum.IX.

Nona in ordine z ꝓma tercij quaternarij stella dicit̃ exaltatio, s, humilium z seruoꝝ dei. Vñ dicit, deposuit potẽtes de sede z exaltauit hũiles. Isti potentes fuerũt angeli supbi: q̃s deus de sede celesti deposuit z humiles, i, boĩes se deo in penitẽtia z p̃ceptis humiliãtes p filium suũ xp̃m loco coꝝ exaltauit. Itẽ deposuit deꝰ potentes iudeos: qui erãt in lege z ꝓpheti potẽtes dimittẽs eos ex suo demerito ĩ ꝓfundo erroꝝ z exaltauit hũiles, i, gẽtiles hũiliter

z deuote p̃dicatõi apl'oꝝ insistentes put ex posuit Ly. Uel p potẽtes accipi pñt fm aliam glosam: seruiẽtes mũdo p̃ncipes tyrãni z oẽs potẽtes in malis q̃s deus eiecit p filium suũ q̃ in carne assumpta iudicatur ẽ orbem terre z exaltat hũiles. i. hũiliter deo seruientes. qm̃ oĩs qui se exaltat hũiliabit. z q̃ se humiliat exaltabit. Jõ dicit Beda venerabilis. Deposuit dñs potẽtes de sede z exaltauit hũiles. qz p omẽs seculi generatões nõ cessant pire supbi. nec cessant hũiles in sancta fide ꝑuersantes exaltari. Hec ille.

Si queras q̃d ptinet ad btãm virginem in isto cantico gl'iari z gaudere de ꝗ vicz q deposuit potẽtes de sede z exaltauit hũiles.

Ad ꝗ rñdet q merito ipa bñdicta virgo gloriat de supboꝝ deiectione z humiliũ exaltatione. qz in ea z p eaz deus efficacissime edocuit in ista vicz incarnatõe supbiã calcãdam z humilitatẽ amplectendã. z hec in tribus. Primo in ꝗ q deꝰ se in ipa sũme humiliauit. Nã quia hũilitas est ꝯtus regalis fm Bern. z scala celestis decebat vt deus q̃ omni ꝯtute plenissimꝰ est hũilitatis ꝯtutẽ doceret z manifestaret in seipo: qd̃ fecit qm̃ in vtero virginis descendit z cũ esset dñs oĩm factus ẽ seruꝰ oĩm humilians se vsqz ad nre carnis fetidũ lutũ z qd̃ maiꝰ est vsqz ad penã z mortẽ latronũ z peccatoꝝ Phil. ij. Exinaniuit semetipm formã serui accipiens et habitu inuẽtus vt hõ humiliauit semetipz factꝰ obediẽs vsqz ad mortẽ. Hec ibi. Secũdo edocuit xps supbiã calcandã z humilitatẽ amplectẽdã in ꝯgine in eo q humilitatẽ exaltauit sup oĩa excellẽtissime cũ nram vilẽ naturã z hũillimã vtpote q̃ de limo terre est sup oẽs angelos vsqz ad dexteram dei sublimauit z hũillimã illam virginẽ matrez sup oẽs angelos z homĩes dignificauit. O magna ꝯtus hũilitatis q̃ sic meruit exaltationẽ. Unde vbi sup subdit apl'us. Propt'qd̃ z deus exaltauit illũ z dedit ẽ. Tercio edocuit in eo q supbos angelos vicz z iudeos p magna sui pte indãnabilit' dimisit. ac humiles. i. electos apl'os. i. discipulos q̃ fuerũt abiecti fm mũdũ fructu incarnatõis potentes fecit qm̃ vt scribit. j. Chorin. j. Infirma mũdi elegit deus vt ꝯfundat fortia. Merito g maria de hoc gloriat in cãtico. O igit supbi pensate diuinũ iudiciũ quia deposuit dñs potẽtes de sede z ẽ.

Capitulum. X.

Decima stella dicit refectio. s. fidelium. Unde dicit. Esurientes impleuit bonis z diuites dimisit inanes Basilius. Esurientes sũt gẽtes diuinã grãm desiderãdo toto corde esuriẽtes: q̃s xps impleuit bonis spũalib̃. Diuites sunt btitudinẽ in terrenis z carnalib̃ ponẽtes put erant scz m'lti phi antiqui et epicuri q̃s xps dimisit inanes z vacuos. qz dicẽte apl'o deũ nõ glorificauerũt sz euanuerũt in sua sapia. Sed diceres q̃d hoc ptinet ad btãm ꝯginẽ gloriari tãqz si in ipa ꝗ factũ sit q deꝰ esuriẽtes ipleuit bonis. Rñdet q iõ ꝗ ptinet ad ipaz quia deꝰ ex ipa sũpsit carnẽ z sanguinẽ quã fidelib̃ pstitit in cibũ z potũ salutis eternez p hui⁹ sumptionẽ replet deꝰ oẽs esuriẽtes vitam eternã bonis celestib̃. ipo xpo testez dicente. Qui mãducat meã carnẽ z bibit meũ sanguinem in me manet z ego in eo Johã. vj. Idcirco btã virgo de ꝗ gloriat qz ex ipa sumpsit xps qd̃ donauit in eucharistia.

Capitulum. XI.

Undecima stella dicit susceptio scz electoꝝ. Unde dicit Maria. Suscepit israel pueꝝ suũ recordatꝰ misericordie sue. Suscepit inquã israel pueꝝ. glo. tãqz humilẽ z obedientẽ pueꝝ z castũ q̃ notat in hoc q dicit pueꝝ: ex ꝯditione pueri: vt significet qz tales suscipit deꝰ in grãm. Juxta illud Math. xviij. Nisi ꝑuersi fueritis z efficiamini sicut puuli nõ introibitis i regnuz celoꝝ. Sz quõ btã virgo de ꝗ gloriat q̃si p ipam vel in ipa sit ꝗ a deo factũ. Rñdet q exq̃ deꝰ ex ipa suscepit humanã naturã sue carnẽ nram in qua patiẽdo nos redemit z celũ aperuit nobis: ac restituit. Jõ p ipaz dicunt merito suscepti in fraternitatẽ xpi z cognationẽ dei atqz in grãm z gl'iaz vt sint heredes q̃dem dei coheredes aũt xpi. iuxta ꝯbum apli Rom. viij. Unde merito de ꝗ beata ꝯgo gl'iando grãs agit in psona totiꝰ generis humani. Proinde Anf. O btã Maria q̃ntũ tibi debemꝰ. qz p te talez z tãtũ fratrẽ. i. xpm deũ habemꝰ. p te hereditatẽ celestẽ adepti sumus.

Capitulum. XII.

Duodecima stella dr cõpletio scz promissoꝝ diuinoꝝ. Unde dicit. Recordatus misericõie sue: sicẽ locutꝰ est ad patres nros: Abraã z semi eiꝰ in secl'a. i. in eter

nũ. ℔ iõ dicit qꝛ pmissio dei de susceptõe humane nature in xpo pmanebit in eternũ cũ caro hũana in sempiternũ vnita diuinitati pmaneat. Dec ly. Notãter etiã dicit Abraã ⁊ semi eiꝰ, qꝛ deꝰ specialiť fuerat locutꝰ ⁊ pmiserat ipi Abrae xpm qñ ad pceptũ dei voluit imolare filiũ suũ Geñ. xxij. di. Per memet ipm iurauí dicit dñs multiplicabo semẽ tuũ sicut stellas celi, ⁊ sicut arenã q̃ est in littore ⁊ infra. Bñdicenť i semie tuo oes gẽtes terre eo q̃ obedisti voci mee. In q̃ verbo facta est pmissio de xpo ex semie Abrae oriundo ꝓm carnẽ. In ipo em̃ semie Abrae, i. in xpo oes gẽtes, i. aliq̃ de oib gẽtib et sic oes electi bñdictionẽ ꝯsecuti sũt salutis eterne. q̃s xps in iudicio bñdicet realiter. Juxta illud Math. xxv. Venite bñdicti pris mei. Hoc aũt cõpletũ est in maria q̃ xpm deuꝫ genuit Jõ gaudẽter ⁊ gliose grãs agit in cãtico de hoc. O ꝯ felicissima o gliosissima maria q̃d tibi laudis offeramꝰ cũ p te tot ⁊ tãta bona habemꝰ. O si tũc affuissem tibi laudãti, vti q̃ genuflexo deuote acclamassem. Magnificat ania mea dñm in se ⁊ in te o sup benedicta Maria.

Articulus tercꝰ q̃ vtile est canticũ Marie reuerẽter audire in vespis vel dicere.

Tercũ misteriũ de ℔ cantico marie dicit vtilitatꝫ Primꝫ q̃ vtile sit hoi ad honorẽ marie deuote ⁊ reuerẽter audire vel pozare ⁊ dicere canticũ marie ostendi tur tripliciter.

Primo ex ipiꝰ cantici verbis.

Scdo ex rõne ꝓtualis inclusionis.

Tercio ex factis miraculis.

Primo ex ipiꝰ cantici ꝓbis. Nã si pẽsamus verba ipa cõpimus qꝛ ibi pmittit pctoribꝫ miscdia cum dꝛ. Et miscdia eiꝰ a pgenie i pgenies. Itẽ humilibꝫ pmittit exaltatio celestis. ibi. Deposuit po. de se. ⁊ exal. hu. Et salutẽ sitiẽtibꝫ satietas diuia. ibi. Esuriẽtes implebo. Et oibꝫ bõis felicitas etna. ibi. Suscepit isrl pue. su. ⁊c. Scdo ostẽdit ex rõe ꝓtualis inclusionis, qꝛ in ipo cantico ꝓtualiter ⁊ implicite includit taꝫ oratio dñica q̃ salutatio angelica: q̃ sunt vtilissime orõnes sicut de hac ꝓtuali inclusiõe notat Antbonin. Florẽ. in sũma sua. Nã pi nr q̃ es i celis ꝯcordat cũ ℔ Magnificat aia mea dñm id est piem celestẽ. ⁊ pma petitio. Sctificet nomẽ tuũ, includit ibi. Sctm̃ nomẽ eius.

Scda adueniat regnũ tuũ. ibi. Exultauit spus meꝰ i deo salutari, qꝛ hec ẽ vita eterna. s. regni dei, vt cogscãt te deũ ⁊ quẽ misisti ihm Joh. xvij. Tercia petitio: fiat volũtas tua sicẽ ⁊c. ibi. Deposuit po. de ⁊c. qꝛ volũtas dei in celo ẽ vt rõnalis creatura in oibus subꝗciat deo: a q̃ volũtate auersi angeli depositi sũt de sede celesti: ⁊ hũiles hoies i locũ eoꝝ exaltati. Quarta petitio: panẽ nostrũ q̃ti. ⁊c. ibi. Esuriẽtes iple. bo. Quinta Et dimitte nob de. ⁊c. ibi. Et miscdia eiꝰ. p quã dimittũt debita: a pgenie i pgenies ti.

Sexta: ⁊ ne nos inducas. ibi. Fecit po. i bra. i. xpo p quẽ fideles potẽter defendũt in omi tẽtatione. Septima: sꝫ libera nos ⁊c. ibi. Suscepit isrl ⁊c. Sic lo. est ⁊c. Hec est em̃ illa libertas exclusio oim maloꝝ quã pmisit deꝰ Abrae ⁊ semi eiꝰ in secla ⁊c. Itꝫ Aue maria, i. sine ve: includit. ibi. Magnificat ania mea do. Gra plena. ibi. Exulta. spiritꝰ me. ⁊c. Dñs tecũ. ibi. salutari meo. qꝛ respexit ⁊c. Bñdicta tu i mlie. ibi. Ecce em̃ ex ℔ btãm. Et bñdictꝰ fructꝰ ventris. ibi. Quia fecit mihi ma. ⁊ sic de alijs. Ecce ꝯ vtilitas ꝓtualis inclusiõis hꝰ cantici. Tercio ostendit ex miraculis. Ad id facit miraculũ de q̃dã monacho Jostio noie, qõ hi li. vj. pte. ij. ar. vlt. in fine. Itẽ refert Anť. li. miraculorũ q̃ ipemet cũ dolorẽ multũ pateret i pede ex spasmo ⁊ palisi ob deuotõꝫ ꝓginis cepit conari vt erectꝰ staret ad officiũ ꝓginis ⁊ p cõseq̃ns etiã ad magnificat. qõ cũ facere cepisset sanitatẽ ꝯsecutꝰ ẽ. Recolo etiã me audisse q̃ cũ in q̃dã loco frẽs deuote dicerẽt magnificat. Visum ẽ btãm ꝓginẽ ex altari descẽdere ⁊ singulis fratrũ suũ ihm q̃si puulũ ad oscul ãdũ offerre in q̃ mira suauitate reficiebant oes. Itẽ refert discipulꝰ in pmptuario q̃ in hyspania in q̃dã domo ordis cistercien. q̃dã monachꝰ iuuenis i obseqo beate ꝓginis feruẽs ⁊ deuotꝰ ita erat intentꝰ in eiꝰ horis ⁊ p ꝯñs etiã in ℔ cantico marie. vt nõ in singul versibꝫ: sꝫ in singul ꝓbis memoriã ipiꝰ hꝛet. Sicq̃. xvij. annis stãs i ordine tãdẽ infirmatꝰ ad mortẽ. Ecce btã maria eũ visitauit ⁊ pdixit eidẽ q̃ die. vij. ad dñm ihꝫ foret migraturꝰ. Addidit q̃ di. Quia p cunctis mihi seruiuisti intẽtꝰ faciã tibi qõ nullí alij feci, ⁊ cingẽs hꝛachijs collũ osculũ ei de

dit ac eũ benedixit ⁊ euanuit. Hec ille seruitori instanter requirenti enarrauit. Die aũt septima cũ appropinquaret ad exitum sicut erat ei p̃dictum apparuit sibi btã maria: vidente pore dom⁹: cum multitudine sanctoꝝ ⁊ angeloꝝ, ⁊ sic dulcissima visione ⁊ allocutõe ꝯsolatus feliciter migrauit ad xp̃z. Ecce igit q̃ bonũ est seruire marie. Oẽs g̃ charissimi ei deseruiam⁹ tam in h̃ cantico deuote dicẽdo q̃ in alijs vt cũ ea in celo gaudeam⁹.

¶ Incipit liber terci⁹ de mysterio purificationis beate Marie.

Tercius liber de mysterio purificatõis btẽ marie

diuidit in q̃tuor ptes. Prima ps de hui⁹ purificatõis Marie solẽnitate. Scõa de btẽ marie martyrio: gladijq̃ dolorositate. de q̃ hic ꝓterea agit: qꝛ circa tp̃s purificatõis de h̃ martyrio per Symeonẽ est ꝓphetatũ dicentẽ. Tuã ipius aiaz ptrãs. gla. Tercia ps de gladij marie ⁊ doloris p̃cellenti acerbitate. Quarta pte cõdependẽter adiungeꝛ sub alio ꝓcessu de planctu marie; pseqꝛẽdo illud euãgeliũ Jo bã. Stabat iuxta crucẽ ihu mat̃ ei⁹ ⁊c. Potes etiã occasiõe hui⁹ purificatõis inuebere p̃dicãdo de puritate vel ꝯginitate marie de q̃b⁹ habes speciali libro. Jõ hic ꝓtereo.

¶ Pars prima de purificatõis Marie solenni mysterio.

Impleti sunt dies purgatõnis Marie

fm legẽ moysi. ⁊ tulerũt ihm in hierm vt sisteret eũ dño Lu. ij. Et in euangelio h⁹ solẽnitat⁹. Nimiꝝ dies hec ab oib⁹ xp̃icolis deuote dz celebrari si bũ aduertimus, tũ qꝛ hodie est festũ btẽ marie, tũ qꝛ est etiã festũ dñi ihu, tũ denq̃ qꝛ est festũ letificatõis sctãꝝ aniaꝝ. Primo inquã est festũ btẽ marie, qꝛ hodie fm legẽ moysi ad purificationẽ accessit: licz nõ tenebat nec indigebat vt infra dicet: ⁊ iõ dies hec dꝛ purificatio marie. Scõo q̃z ẽ festũ dñi ihu: qꝛ hodie oblat⁹ ẽ in tẽplo deo p̃ri: cui⁹ erat filij⁹ ab eterno; ꝓpt qõ etiã hodie cãdelas ꝯsecratas manib⁹ portam⁹ ⁊ ob h̃ dꝛ hec dies cãdelaria festiuitas, ad significãdũ q̃ xp̃s de⁹ manib⁹ ꝯginis marie hodie sit apportat⁹ in hierusalẽ ⁊ ad tẽplũ offerẽd⁹: qõ cãdela cerea significat qꝛ sic cera ab apib⁹ sine cõmixtiõe ⁊ pollutõe ꝓducit: ita caro xp̃i ex pura ꝯginẽ sine corruptõe ẽ ꝯcepta ⁊ genita. Tercio hodie ẽ festũ exultatõis sctãꝝ aiaꝝ: quia hodie cũ leticia sctũs Symeõ ⁊ sctã Anna obuiauerũt xp̃o ⁊ ipm deũ ⁊ saluatorẽ laudãtes cũ sacerdotib⁹ offerẽdum susceperũt. In cui⁹ signũ hodie ecclia ꝓcessionẽ agit et idcirco dꝛ h̃ festũ tercio noie hypopanti ab hypo qõ ẽ ire, ⁊ anti qõ ẽ obuiã. Insup hodie scti p̃res in lymbo exultauerũt audiẽtes xp̃i aduẽtũ a sctõ Symeõe decedente ⁊ eis nũciãte. Preterea gaudebat hodie de⁹ pat̃ de sui filij oblatõe. Itẽ gaudebãt angeli circũdãtes xp̃z dñm ⁊ bñdictã ei⁹ mr̃em. Et iõ gaudet etiã ecclia canẽs in misse introitu illud p̃s, xliij. Suscepim⁹ de⁹ mi. t. in me. tẽ. tui, qõ p̃t esse aliud thema. Vñ de hac gaudiosa purificatõis solẽnitate acturi tria mysteria notabimus.

Primũ dꝛ mysteriũ cõgruitatis.
Scõm dꝛ mysteriũ exemplaritatis.
Terciũ dꝛ iocũditatis.

¶ Articul⁹ p̃m⁹ q̃ btãm dei matrẽ mariam congruebat suscipe sacr̃m purificatiõis fm legẽ moysi q̃uis ad id nõ obligaret.

Primũ mysterium de purificatõe marie dꝛ congruitatis,

vbi q̃stio est Utrũ cõgruebat btãm dei mr̃em ꝯginem suscipere legal̃ sacr̃m purificatõis. Et ad hãc q̃stionẽ rñdet fm sacros doct⁹ p̃cipue Frã. maro, ꝑ duas ꝯclusiones. Prima ꝯclusio q̃ btã maria dei mr̃ vera legi purificatiõis nõ erat obligata. Et h̃ oñdit triplici rõne.

Prima rõ ex pte plis.
Scõa rõ ex pte matris.
Tercia rõ ex pte legis.

Prima rõ ex pte plis, i. xp̃i q̃ erat sup̃ legem Mat. xij. ca. Dñs ei ẽ sabbati filij⁹ hois: iõ sicut nec filij⁹ ita nec mr̃ obligat̃. Scõa rõ ex pte mris: qꝛ ipa fuit ꝯgo purissima ⁊ sine oi pctõ: atq̃ sine oi sordez feditate peperat xp̃z vt dicit Leo papa in fmone de natiuitate di. Ab hac natiuitate deest illud qõ de oib⁹ legit. Nemo mũd⁹ a sorde nec infans cui⁹ est vni⁹ diei vita sup terrã, nihil in istã singularẽ natiuitatẽ de carnis ꝯcupia trãsiuit nihil de pctõ lege manauit. Hec ille. iõ nõ obligabat̃. Tercia rõ ex pte legis, qꝛ ista lex pu-

rificatōis posita erat sub ꝓditōe. Vuler inquit si suscepto semīe peperit ꝛc. Leuit. xij. Et iō nō obligabat mrem q̄ nō suscepto semine ſz spūsctī spiramīe ꝓcepat ꝛ peperat. ꝛ sic ptz. Scōa ꝓclusio q mr dei q̄uis nō indigebat nec tenebat: tm̄ decebat vt sacrm̄ purificatōis legis moysi suscipet. Et ꝗ ostē ditur triplici rōne.

Prima rō diuīe honorificatōis.
Scōa rō diabolice ꝓfusionis.
Tercia rō humane edificatōis.

Prima rō diuīe honorificatiōis: qz spūsctō docēte nouerat btā maria ꝗ fore ad dei honorē duplr. Primo q̄dē qz legē a deo datz p moysen tā q̄ bonā ꝛ verā cōfirmabat cuz ipi legi obediendo venerabat ipam. sicuti ꝛ xps q̄ circūcisione nō indiguit ꝛ tm̄ suscepit p legis honore: ita ei mr exēplo xpi edocta ꝗ legis sacro legē honorauit. Scōo q̄z hoc erat ad dei honorē ꝛ xpi manifestatōez cum btā mr cēsebat in ꝗ ꝓphetias diuīo spū ꝑdicatas adimpleri. Sz dī. q̄les ꝓphetie in ꝗ implebāt. Rndet q ꝑmo ꝓphetia Aggei. ij. ca. vbi hz. q cū Zorobabel reedificasset templū dei destructū p babylonios factū ē ꝟbū dñi ad Aggeū ꝓphetā ꝛ dixit. Quis in vob relict est q̄ vidit domū istā in glia sua ꝑma. Adhuc modicū ꝛ veniet desiderat cūctz gētib ꝛ iplebo domū ista glia dicit dñs. Magna erit glia domi isti nouissime scz reedificate plus q̄z ꝑme scz edificate p Salomonē. Dō fm expositores doctores hec oia ꝓpleta sūt ꝑcipue in ista purificatōe: qz tūc venit desiderat cūctz gētib. i. xps manib mrnis portat in tēplū istud. Uñ mltipliciter fuit maior glia isti dom vltimo edificate q̄z prime. q̄ patz. Primo qz in ista fuit mr dñi educata fm Hiero. Scōo qz ibi voto virginitatz fuit ꝓsecrata deo. Tercio qz miraculose desponsata ibi fuit mr dei. Quarto ab angelis ibi fuit freq̄nter visitata. Quinto ibi dñs ihs dei filius oblat ꝛ spūsctō ꝓphetico a Symeōe ꝛ Anna manifestat. Sexto qz ibi ī medio doctoꝝ inuētus. Septimo qz ibi mltotiēs docuit ꝛ mirabilia fecit.

Itē ad id est alia ꝓphetia tunc impleta scz Malach. iij. Ecce ego mitto angelū meū. i. Johem baptistā. q̄ dr angel nō natura sed officio Math. xj. ca. seq̄t. Et statī veniet ad templū suū dñator quē vos q̄ritz. qz xps statim p Johem manifestādo se: venit in templū ꝛ iudeā p pñtiā corpalē. Scōa rō diabolice ꝓfusionis. qz nouerat btā ꝟgo q hoc deceret facere vt ad purificatōis legē accederet. ꝓpt ꝓfusionē diaboli. p eo q sic xpi diuinitas ꝛ btē marie ꝟginitas celabat diabolo. ne hūana redēptio impediret ab ipo. q̄ declarat: qz fm Isid. ꝛ cōiter doctores si diabol certitudinalit agnouisset xpm: nunq̄ crucifigi dei filiū p iudeos. p curasset ne sua potestate ꝓtrita bō redēptōz habuisset. Sz si bā maria nō iuisset ad purificationē debuisset se manifestare q p ptum fozet ꝟgo: ꝛ sic innotuisz hoib ꝛ diabolo filij sui diuinitas. iuxta illud Esa. vij. Ecce ꝟgo ꝓcipiet ꝛ pariet filiū ꝛc. Sz dī. nūq̄d diabol potuit ꝗ cogscere aliūde q maria p ptum nō est corrupta. Rndet fm Tho. iij. pte sū. q. ix. q hoc diabol ꝟtute sue nature potuisset cogscere nisi ꝓhibit fuisset. Uñ Aug. iij. de tri. di. Diabol multa pōt ꝟtute sue nature a q̄bus ꝓhibet virtute diuia. Prohibebat g a deo cogscere modū ptus diui ne redēptōez hūani generz ipediuisset si ꝗ coguisset. Prohibebat etiā ꝟgini ꝓpinq̄re ab angelis eā custodiētib fm illud Cañ. iij. En lectulū Solomōis. lx. fortes ambiūt ꝛ vniuscuiusq̄ ensis sup femur suū ꝓpt timores nocturnos. Lectul eñ veri Salomōis. i. xpi ē mater ꝟgo in q̄ nouē mēsib q̄euit. hāc mlti angeli ambierūt obseq̄ose custodiētes ꝛ demonū incursus repellētes. ꝛ sic ptz. Tercia rō hūane edificatōis: qz hoies ex ꝗ plimū edificabant duplicit. Primo q̄dem qz iudeis scandalū tollebat ne dicere potuissent q iō xpm nō deberēt recipe qz legē nō obseruasset. Scōo qz fidelib exēpluz hūilitatz ꝛ puritatz amāde ꝛ sectāde. ponit vt doceamur q nisi fuerim purificati a pctis regnū dī intrare neq̄bim. Uñ Apoc. xxj. Nil coinq̄natū intrabit in illud scz celeste regnū. Uñ cū ipe xps purissim fuerit: tm̄ sistit in tēplu deo fm legē purificatōis. Sz dī. cū xpi humanitas fuerit do sp pñs: qz vniōe ꝑsonali sibi ꝓiūcta. Quō g̃ dr sisti ꝗz glo. i. pñtari vl offerri: aut ꝓsecrari deo. Rndet fm Athanasiū q licz xps fm hūanitatē fuerit deo sp pñs. tm̄ bn dicit sisti. i. pñtari scz fm legalem cerimoniā in tēplo offerēdo. vt sic cm̄ antea pñtatus nō fuerat. Et ꝗ fecit xps potissime p nre salutz instructōe: vt nos discam quō deo pñtari debeam purificati a pctis: vt pa

rebit, ⁊ sic nō ꝓt se indigēdo ꝗ fecit xp̄s ſz ꝓ pter nos. O igit fidelis ania disce deū diligere ⁊ honorare ī suis p̄ceptis ⁊ xp̄z ac eiꝰ matrē imitari ī puritate ꝓ celesti glia acq̄rēda.

¶ Articulꝰ scōs q̄ exemplū multiplicis fructis p̄buit nob maria in susceptōe sacri puri ficatōis ⁊ silr p̄bet in lege ⁊ sancto Symeone vt patebit.

Secūdū misterium circa hāc solēnitatē purificatōis declarādū ꝯ exēplaritatis.

Ubi aduertēdū q̄ in hac susceptione purificatōis legalis datur nobis exēplum salutis tripliciter.

Primo in ip̄a purificatōis lege.
Scōo in ip̄a dñi matre.
Tercio in sancto Symeone.

Primū q̄ntū ad incipiētes. Scōm q̄ntum ad pficiētes et pfectos. Terciū exp̄lū q̄ntū ad deuotos. Primo itaq̄ dat nob exēplū salutis in ip̄a lege purificatōis. Nā q̄rit cur deꝰ sic instituerat legē purificatōnis. Rūdet fm Frā. maro. ⁊ cōiter doct. q̄ p̄mo ꝓt primogenitoꝝ oblationē deo fiendaz ⁊ grārū actionē quā deꝰ voluit in figurā ⁊ recognitionē q̄ oia bona nob a do puenīūt. Scōo ꝓter nr̄e purificatōis instructōem vt pctm̄ boī detestādū ⁊ abominādū atq̄z redimendū ⁊ expurgāduz doceret. Idcirco in ve. te. instituerat istā legē purificatōis in q̄ plura p̄cepta ꝯtinebant. Primū erat q̄ mlier q̄ suscepto semie piebat masculū debebat cuz filio manere īmūda, vij. dieb: ita q̄ nullꝰ ei cōicare poterat ī cibo vel potu vel lecto. sed erat suspēsa a ꝯsortio boīm ꝓt fedā ꝯceptionē: nō sine pctō, qz in actu mr̄imoniali de cursu cōi ē aliq̄ libido inordīata: vt hec, dic Ay. Scōm p̄ceptū erat q̄ infantulꝰ octauo die debebat circūcidi. ⁊ sic ab originali pctō mūdabat, ⁊ tūc mlier illa efficiebatur mūda q̄ ad ꝯsortiū boīz, ſz erat īmūda q̄ ad ingressuz tēpli. Et vsq̄z ad, xxxiij. dies a die octaua debebat sic manere ⁊ reputari īmūda. Terciū p̄ceptū erat q̄ die q̄dragesimo sic cōpleto a die ptus computādo debebat mlier venire cū suo filio ad ostiū tabnaculi vel tēpli. ⁊ puer offerebat ī manꝰ sacerdotis. Sacerdos q̄z deportās circa altare do gratias agēs ꝓ dato puero ⁊ eiꝰ aīe creatōe q̄ a solo deo ē leuabat coz̄ dño. Quartū p̄ceptū de pueri redēptōe a sacerdotis manu q̄n q̄z siclis. Fuit aūt siclꝰ moneta valēs obolos vigīti. ꝗ aūt sic p̄cipiebat: q̄ si puer fuisset ꝓ mogenitꝰ de tribu leui nō redimebat: ſz veniēs ad etatē adultā sp ī tēplo fulebat dño. Si ꝯo fuisset puer de alia tribu q̄z leui ⁊ primogenitꝰ: redimebat q̄nq̄z siclis argenti.

Quītū p̄ceptū si ip̄a mlier fuisset diues in tātū q̄ posset hīe agnū anniculū īmaculatū ⁊ pullū colūbe aut turturē offerre debebat. Sin aūt ꝓt pauptatē sufficiebat ⁊ ōbebat offerre tm̄mō par turtuꝝ, aut duos pullos colūbaꝝ. Sz q̄rit q̄re ista volatilia offere bant. Rūdet qz castioza ambo vicz turtur ⁊ pulli colūbaꝝ nō colūbe. Sicq̄z sua oblatione se peccatricē ꝯfitebat: ⁊ sacerdos ꝓ mulliere orabat, ⁊ sic mūdabat. Sextū p̄ceptū in ipsa lege purificatōis erat q̄ si mulier peperisset feminā duplicari debuit tp̄s q̄ reputaret īmūda tā q̄ ad ꝯsortiū boīm q̄z q̄ ad ingressuz tēpli ⁊c. Sz forte q̄ris q̄re hec lex magis grauauerit pientē feminā q̄z pientē virū. Rūdet q̄ fm sctos triplex rō assigt. Prima rō natural. Scōa rō moral. Tercia rō theological. Pria rō natural: qz fm phos q̄bꝰ etiā ꝯcordat Aug. Corpꝰ masculi in vto xl. dieb organisat ⁊ pficit atq̄z tūc vel circa aīa creādo infundit. Corpꝰ ꝯo femie ī. lxxx. dieb pficit ⁊ ptūc aīa infundit. Ūn sic aīa masculi, xl. die infusa maculā originalē ꝗbit, sic. xl. die tēplū matiale dei īgressa cū hostiis expiabat eiꝰ genitrix. Et sic aīa femie. lxxx. die maculat pctō qn̄ ⁊ infundit. sic. lxxx. die dei tēplū ingrediēs expiata deo offerretur.

Scōa rō moral: qz masculꝰ significat moralit opꝰ bonū pfecte ⁊ fortit factū. Femina aūt ꝓt debilitatē natural vigoris opꝰ īpfecte ⁊ negligēter factū. Ūn ꝗ fuit ad significādū q̄ q̄ pfectū opꝰ parit stati die, xl. adueniēte. i. termīo p̄ñtis vite q̄ p. iiij. elemētoꝝ ⁊ q̄litatū cōplexiōes currit ⁊c. in tēplū celeste introducit. Qui ꝯo opꝰ impfectū facit tempus ei duplicat qz nō statim pꝰ mortē ī celū introducit. sed ardebit ꝓus igne purgatorij vt dic Augꝰ. ⁊ notat. xxv. di. Qui ī aliud seculū. Sz ve illis q̄ steriles oīno repiunt in morte. qm̄ dicēte saluatore Math. vij. Oīs arbor q̄ ñ facit fructū bonū excidet ⁊ ī ignē mittet ⁊c. Tercia rō theologicalis: qz vicz xp̄s assūptur erat carnē ī sexu virili ⁊ iō ip̄z sexum magis bonorare voluit, ⁊ ampliorē ei

gram fec vt ⁊ puer citi⁹ formarek in vt⁹ ⁊ mr̃ citi⁹ mũdarek. Quarto pt addi rõ iuridica ⁊ legalis qz q̃ pl⁹ vl mag⁹ peccauit pl⁹ puniri debuit. Extra de pe. ⁊ re. De⁹ q̃. Et. xxiij. q. j. Nõ offeram⁹. Item. ff. de penis. l. Aut facta. Sz qz in trãsgressiõe p̃cepti mlier plus peccauit fm qõ dic magr in. ij. di. xxij. Qõ fm Bonauẽ. vex ẽ q̃ntũ ad pctũ ẽntiã. s. libidinẽ. qz pl⁹ ambiuit del sciaz q̃z vir. licz q̃ntũ ẽ ex pte circũstãtiax q̃ vix ⁊ tingũt vir pl⁹ peccauit. qz scz erat supior muliere ⁊ fortior ac sapiẽtior ⁊ ipe sciẽter peccauit. Sz vt d⁹ Deut. xxv. Pro mẽsura pctũ dz eẽ plagaruz mod⁹. vñ mlier pl⁹ punita ẽ. sic etiã Beñ. iij. pl⁹ punita fore legit. Ad ꝓpositũ itaq̃z redeũtes dicim⁹ q̃ lex ista purificatiõis docet salutaria documẽta ⁊ exẽpla. Prio docz mulieres pientes deuote accedere ad purificationẽ p⁹ptũ fm ⁊ suetudinẽ ecclie nõ tñ fm obseruãtiã legaliũ veterx qz illa cessauerũt ĩ noua lege. sz fm ecclie catholice instituta et ⁊ suetudinẽ. vt scz mlier p⁹ptuz. p ipa die purificationis sue accedat ad ecclam vt grãs agat de puero dato ⁊ de euasiõe piculi ptus pteriti. Et vt custodiat in ⁊ cipiẽdo de futuro. Item interiz casta ⁊ incognita a viro pmaneat. Alas indiscretissime ⁊ irrõnabili⁹ agit petẽs debitũ ⁊ iugale: q̃z qõ cũq̃z aial brutuz Sz q̃stio orit: vtx. p tũc mlieres infra completũ tps purificatõis teneat ab ingressu ecclesie abstinere Rñdet vt hi di. v. Si mlier Et extra de purificatõe p⁹ptuz. ca. vnico. q̃ mlier statiz p⁹ptuz pt ecclam visitare si deuotio suadet ⁊ ⁊ suetudo admittit. si tñ ex veneratõe aliq̃d diu abstinere voluerit nõ est talis deuotio reprobãda: ⁊ ⁊ suetudo ẽ cõmẽdãda. Et eadẽ rõne nec sacra cõio est negãda puerpe: nec etiã mẽstruate mlieri q̃cunq̃z tpe nisi ex reuerẽtia abstineret di. v. ad eius vero. Scdo ex p̃missa lege purificatõnis docent oes hoies spũaliter quõ a pctis purificari debeãt qz Prio dz hõ pctõr q̃ cõcepit dolorẽ ⁊ pepit iniqtatẽ; plez pessimã recognoscẽdo imũdũ se reputare p ⁊ tritionez Scdo dz circũcidere a se abijciẽdo ꝓpositũ peccãdi de cetero. Tercio dz se offerre sacerdoti p ⁊ fessionẽ tanq̃z peccatrix. Quarto dz facere redẽptionẽ p satisfactionẽ ⁊ sui oblationẽ deo in sacrificiũ mũdicie ⁊ laudis diuine. Nec vacat a mysterio q̃. xl. die tẽpluz ingredit: qz q̃dragenari⁹ ⁊ sistit ex q̃ternario in denariũ ductovt significet obseruãtia decẽ p̃ceptox cum scptis euãgelistax q̃ttuor. ⁊ sic patet.

Capl'm. II.

Secũdũ salut exẽpluz scz ꝗtuositat nobis ꝓponit ĩ ipa bñdicta mre domini. In q̃ nob pbet exẽpluz imitationis in triplici ꝗtute q̃ floruit in hac purificatõe. Prima ꝗtus ẽ bũilitas: qz cũ non esset peccatrix tãq̃z culpabilẽ se oñdit p illas oblatões vt nob exẽplũ daret culpãdi nosipos. Vñ Greg. Bonax mentiũ est agscere culpã vbi nõ est culpa. Scda ꝗtus oblatio: qz legi cui nõ tenebat obediuit ad docẽdũ nos q̃tin⁹ mlto mag⁹ diuis p̃ceptis q̃bz tenemur obedire debeam⁹. qm̃ vt dic Gre. Sola ẽ obediẽtia q̃ fidei possidet meritũ. q̃ niã fides sine opib mortua ẽ. Tercia ꝗtus est pauptas qz nõ elegit oblationẽ diuitũ puta agnũ: sz paupex. s. par turturx: aut duos pullos colũbax. vt ptz Lu. ij. Sz qz ibi euãgelista nõ determiat. Querit q̃ qõ istox duorũ obtulerit. Rñdet q̃ xps p nob egen⁹ factus p se voluit offerre paupex hostiã: sic ⁊ vilib pãnis inuolui. Sz pulli colũbax facilior p̃cio a paupib pcurari poterãt. q̃ verisimilit illos obtulerũt. Si obijcit qz magi nõ diu añ purificatõez obtulerũt munera. s. aurx: tbus ⁊c. Et verisile est q̃ nõ modicũ auri vtpote more regio. Quare q̃ ex his btã ꝗgo nõ emit agnũ: videt q̃ legẽ offenderit. Rñdet fm Fran. maro. ⁊ cõiter doct. q̃ credẽdũ est oino ipam ꝗginẽ nõ habuisse tãtũ pecunie vt agnũ emere potuisset. alas eã offendisset ꝯ legẽ sic p̃cipiẽtẽ. sz oia illa a magis oblata regia munera paupib iã erogauerat añ istud tps purificatõis. ⁊ iõ nõ habuit vñ agnũ emisset In q̃ etiã docemur ad pietatẽ erga pauges ⁊ ad ⁊ ceptũ mũdanax diuitiax ꝓt xpm. O mira Marie bũilitas: pietas ⁊ pauptas. De q̃ loq̃ns deuot⁹ Beñ. dic. O btã ꝗgo maria. vere tu nõ habes cãz nec tibi op⁹ est purificatõe. Sz nunq̃d filio tuo op⁹ erat circũcisione: Esto tũ inter mulieres tãq̃z vna eax. Nã ⁊ filit⁹ tu⁹ sic extitit in medio puerox: q̃ in natiuitate habuit se vt paup hõ: qz nat⁹ in stabulo: in circũcisiõe vt paup ⁊ pctõr hõ. sz bodie vt paup ⁊ pctõr ⁊ ⁊ seru⁹ hõ. vt paup in eo q̃ oblationẽ paupex elegit. vt pctõr in eo q̃ ipe cũ mre expiari voluit. vt seru⁹ in eo q̃ q̃nq̃z siclis sicut et ceteri ꝑmogeniti redimi voluit.

Capitulum.III.

Tercii exemplū nobis ponit in sancto Symeone. q̃ vt sacrū loquitur euãgeliū accepit dñm ihm in vlnas suas ⁊ bñdixit deū. s. flexis genibꝫ letissimo corde. Sz cur nõ dicit q accepit ihm ī manus sz in vlnas. Rñdet q iõ qr in vlnis seu brachijs amplexãdo tẽtũ delectabili⁹ inspicit: ⁊ propinqui⁹ cordi desiderabili⁹ ponit. O dulce ꝓbum sz dulci⁹ factũ accipe ihm in vlnas. O felices vlne q̃ ihm dulcẽ meret suscipere vel portare. Quid em beati⁹ q̃d iocũdius ⁊ suauius anie: q̃z ihm amplecti: ipm tenere: ipi⁹ amore frui. In hui⁹ itaq̃z Symeonis scti exẽplo docemur nos debere xpz suscipe in vlnas cordis nostri. ibi eũ dulci devotioni amplecti ⁊ osculari. O fidelis ania. O cor devotũ. cupis ne dulcẽ ihm suscipe ī vlnas. Et ei⁹ dulci solatio: ei⁹ iocũdo amplexu medullit⁹ in corde liq̃fieri optebit te hũc sanctũ Symeonẽ in exemplũ tibi ꝓpositũ imitari vt sis talis q̃lis ipe fuisse scribitur in euãgelio. Nota verba signa mysteria. Ecce inq̃t hõ erat in hierlm cui nomẽ Symeon ⁊ hõ iste iust⁹ ⁊ timorat⁹ expectãs redẽptõez israel ⁊ spũsctũs erat in eo. Ex q̃bus colligit q̃ q̃ttuor pcipua debem⁹ in nob habere vt digni sim⁹ xpm in vlnas suscipe h̃ p grãm ⁊ in futuro p gliam vicz pacẽ: iusticiã: timorẽ castũ: ⁊ sctm amorẽ. exemplo scti Symeonis.

Primo pacẽ qr teste ps. In pace fact⁹ ẽ locus ei⁹. qd notat cũ dr. Hõ erat in hierlm qd interptat visio pacis. Secõo iusticiam q̃ reddit vnicuiq̃z qd suũ ẽ. sic dicit Tulli⁹. Nam teste ps. Justicia ⁊ iudiciũ ppatio sedis ei⁹. i. p iusticiã ppat cor vt in eo sedeat ⁊ requiescat de⁹. Hinc ⁊ Prouer. xij. In semita iusticie vita. i. xps. Hoc notat cũ dr. Et hõ iste iust⁹. Tercio castũ timorẽ. vñ ⁊ subdit Et timorat⁹ rẽ. Proide Beꝛ. Sctõ inquit amore ⁊ casto timore q̃si duobus brachijs amplectimur xpm. Quarto sctm amorẽ h̃ notat cũ dr. Et spũsctũs erat ī eo. Vñ ps. Ignis añ ipm pcedet Beꝛ. sup hec ꝓba dicit sic. Optet vt ardor desiderij pueniat omnẽ aiam ad quã de⁹ est ventur⁹. Et tũc sciat aia pñtez sibi eẽ xpz cũ se illo igne senserit calefactã. Hec ille. O igit oẽs iracũdi ⁊ a vera pace extranei. O oẽs iniusti. O psumptuosi pctõres deũ nõ timẽtes offendere. O denique oẽs a spũsctõ alieni: immũdi: vos superbi: vos auari: vos gulã sectãtes. Et q̃cũq̃z scelerati audite vestrã sentẽtiã qr nõ manet ī vobis xps sz diabol⁹. qm xpus nõ introibit in maliuolã aiam nec habitabit in corpe subdito pctis. vt scribit Sap. ca. j. Vos aũt o pacifici btī. iusti q̃z ⁊ deũ timẽtes ac grãz spiritussctī tenẽtes. Gaudete ⁊ exultate qm sic maria ꝓgo bñdicta filiũ in vlnis portauit: ⁊ sctõ Symeoni in vlnas obtulit hodie. Ita ⁊ in vlnas cordis vestri offerre p grãm nõ recusabit. Nimiꝫ exorantibꝫ ⁊ ei⁹ suffragia implorãtibꝫ ista die purificatõis miraculose complit beata virgo subuenisse. Miraculum Legitur em in vita sociorꝫ beati Francisci. q̃ q̃dam frater devot⁹ cum p longum tpus subtracta gratia merens ⁊ tristis fuisset. cum puenisset ad festũ purificatõis in heremitorio existens cepit clamare ad beatam virginẽ di. O beatissima virgo maria tu hodie filiũ Symeoni amplexandũ prebuisti ⁊ eũ mira dulcedine in tuo filio refecisti. Obsecro te mater misedie vt mihi quoq̃z miserearis: qui fatigat⁹ sum desiderio tui filij: ⁊ oino mestitia replet⁹ p cordis aridita te. Et ecce mr̃ misedie statim affuit ⁊ filiũ ei in specie puuli amplexãdum tribuit. Et ille frater ab illa hora vsq̃z ad totũ tps vite sue sp in mira suauitate spũs pmãsit. ⁊ cõtinue hec ⁊ sil'ia verba replicãs eructabat ī feruore cordis dicẽs. O amor me⁹ ihu dulcissime quãdo pueniã ad te: quãdo moriar vt iterũ amplecti valeã te. Aliud etiã miraculum ad id facit de quadã matrona. ⁊ de h̃ babebitur infra in fine hui⁹ ptis. sed ⁊ pluribus miraculis alijs obmissis libeat si tñ placet hic describere q̃dãz de ꝓfirmatõe festi purificatõis. Miraculũ Qd quidẽ repi in budeñ. libraria. Et hr̃ etiã in speculo exẽplorꝫ di. viij. ca. lviij. q̃ vicz tpibus Bonifacij pape q̃dam templũ erat rome qd dicebat Romul⁹: ꝓsecratũ dyane: hoc tẽplu ꝓ ipse papa impetrauit a Foca impatore vt ī honorẽ sancte marie ꝓginis ꝓsecrarẽt. Ad quã ꝓsecrationẽ celebriter faciendã cõuenientibꝫ plis multis: iudei cõstanter aduersabant ⁊ seditionẽ faciebant ꝗ xpianos dicentes xpm ex Joseph semie ⁊ nõ de ꝓgine natũ. Quodã itaq̃z tpe ī die natalis xpi cõtẽtio maxima bita ẽ de h̃. vbi ptũc aderat etiã q̃dã cec⁹ nat⁹ q̃ iudeos aptis rõnibꝫ ꝓfutabat adeo q̃ iudei fuerũt compulsi eligere vnũ e

duobꝫ vicꝫ:q̃ aut ipi ceco nato ipetrare possent xpiani vt visum recipet:meritũ ꝟginitatis marie in ꝯceptu in ptu ⁊ pꝰ ptum inuocãdo,⁊ sic iudei crederẽt,aut si ꝶ facere xpiano⁊ deꝰ neq̃ret tota fides xpiana tãq̃ falsa expugnaret ⁊ pire deberet impantibꝫ cesaribus romanis ⁊c. Statuerũt q̃z p ꝶ pacto implẽdo diẽ purificatõis marie ex cõi ꝯsensu xpianoꝝ. Qua die adueniẽte:cecꝰ cũ xpianis fecit se duci ad altare ⁊ genuflexo coraz imagine btẽ ꝟginis marie:iudeis ⁊ plis mltis coassistẽtibꝫ cepit canere illõ rñsoriũ qõ tũc canit di. Gaude maria ꝟgo cũctas heresses sola interemisti q̃ Gabriel archãgeli dictis credidisti:dũ ꝟgo deũ ⁊ hoiez genuisti: ⁊ pꝰ ptuz ꝟgo iuiolata pmãsisti.ꝟ. Gabrielẽ archãgelũ credimꝰ diuinitꝰ te eẽ affatũ:vtez tuũ de spũsctõ credimꝰ impregnatũ. Erubescat iudeꝰ infelix q̃ diẽ xpm ex Joseph semie esse natũ. Hoc facto mox cecꝰ visuz recepit clarissimũ,⁊ fere q̃nqz milia iudei ad fidẽ cõuersi sũt. Bonũ est g̃ sp mariã inuocare.

¶ Articulꝰ tercꝰ q̃ duodeciz gaudia habuit btã maria qn suscepit purificatõis sacrm

Terciũ misteriũ

circa hãc solẽnitatẽ declarãdam dicit locũditatꝭ ⁊c. Vbi aduertendũ q̃ iuxta numez duodeciz stellaꝝ ĩ corona btẽ ꝟginis exñtũ possumꝰ p hac solẽnitate purificatõis distiguere,xij. gaudia q̃bꝫ tãq̃z,xij.stellis radiãtibꝫ ipa gloriosa extitit ⁊ iocũdata in sui purificatõe q̃ ĩ tribꝫ q̃ternariis ordinari pñt. ¶ Primo nãqz bñdicta ꝟgo q̃tuor gaudia habuit p hac purificatõe in se de deo ⁊ filio eiꝰ xpo. Secũdo alia q̃ttuor habuit gaudia de opibus miraculosis q̃ facta sũt in ista purificatõe: ¶ Tercio deniq̃z vltima q̃ttuor gaudia habuit ĩ sctõꝝ ꝯgratulatõe ¶ Quãtũ ad pmũ q̃ternariũ gaudebat btã ꝟgo ĩ purificatõe.

Primo de diuĩa honorificatõe.
Scdo de angelica famulatõe.
Tercio de gratissima oblatõe.
Quarto de suauissima portatõe.

¶ Quãtũ ad scõm gaudebat.

Primo de mirãda reuelatõe.
Scdo de gre stupẽda redũdatõe.
Tercio de xpi venerãda susceptõe.
Quarto de admirãda futuroꝝ ꝓphatõe.

¶ Quantũ ad terciũ gaudebat.

Primo de Symeõis bñdictõe.
Scdo de puuli ihu glificatõe.
Tercio de sctẽ Anne ꝯfessione.
Quarto de sctõꝝ patrũ glificatõe.

¶ Capitulum.I.

Primũ itaq̃z gaudiũ habuit btã virgo maria in ista purificatõe de diuina bonorificatõe:q̃z deꝰ eã singulariter p oĩbꝫ honorauit. Et pmo honorauit ꝟginitatẽ eiꝰ ĩ data lege purificatõis p moysen:cũ eiꝰ ꝟginalẽ ꝯceptũ ⁊ ptuz in ea pnũciauit p adiectã cõditionẽ:⁊ eã singulariter ex oĩbꝫ mulieribꝫ mũdi exemptã speciali pulegio honorauit,qõ sic clarescit. Nã deꝰ dãs p moysen legẽ purificatõis Leuit. xij. dixit sic. Mulier si suscepto semie peperit ⁊c. Exm eiũ Frã.maro.ista lex directe pnũciat ptum ꝟginis,q̃z si nulla mulier sine semine pitura fuisset frustra mo.apposuisset si suscepto semine,q̃z q̃ñcunqz aliq̃d cõpetit alicui vlr et necessario frustra apponit cõditio de illo.sic exẽpli gra vlr oĩs hõ comedere hz ⁊ bibere p os,frustra g̃ apponit cõditio dicẽdo hõ si p os comedit ⁊ bibit:q̃z nõ aliter q̃ p os hz fieri comestio. Et ꝶ oñdit etiã ex scriptura. Nã Exod.xxj. dr. Si p industriã q̃s occiderit frẽm suũ morte moriat. Istud si p idũstriã dat intelligere q̃ alit q̃ p industriã contingit ꝓxim interficere alicui.vñ tali dat locus refugij. Sic ⁊ in ꝓposito p ꝶ q̃ dr. Si suscepto semie mlier peperit dat intelligi q̃ aliq̃ mlier alit q̃ suscepto semie poterat parere:qõ verificatũ ẽ in sola mre dñi q̃ de spũ sctõ ꝯcepit ⁊ pepit in ꝟginitate. Hic Bern. Putas ne q̃z dicturꝰ mo.mulier q̃ peperit filiũ ĩmũda erit nõ timuerit sup mre dñi crimẽ blasphemie incurrere. Idcirco ꝯditiõez pmisit di. Si suscepto semie vt ipam eximeret ⁊ ꝟginalẽ eiꝰ ptuz pnũciaret ⁊c. Hec igit bñdicta ꝟgo sciẽs ⁊ mẽte tractãs plurimuz gaudebat q̃ ipa meruerit fore illa q̃ sine semine pere debuit. Et q̃ a deo sic honorari ĩ sua lege pnũciari meruerit. Itẽ scdo eã in ꝶ honorauit q̃ ad mrnitatẽ:q̃z hodie ipaz matrẽ fore dei ĩ tẽplo sctis colletãtibꝫ publicari voluit ⁊ fore reginã mũdi. O q̃ntũ gaudere poterat cũ se matrẽ dei agnoscebat,q̃z vt ait Anſ. Hoc solũ de sctã maria virgine pdicare q̃ dei mater est excedit omnẽ altitudinẽ q̃ post deũ dici vel cogitari põt. Hec ille. De hoc eiꝰ gaudio Aug.in ꝓmõe. Adest nobis

dicit sic. Maria exultat et mrez se leta mira tur z de spūsctō ꝯcepisse gaudet, z qz genuit cū exultatōe nō cuiuslibet meriti hoīez sz toti⁹ mūdi saluatorē. Hec ille. Scōm pci puū gaudiū habuit btā ỳgo de angelica famulatōe. qz vt di. Alber. sup missus ē. Ipsa clarissime videbat angelos p species ꝓpas gaudebat ḡ cū videbat natū suū dñm ihm ab angelis circūdari z adorari. Nā fm qd pseqt Ludolph⁹ in li. de xpi vita. Credit q Gabriel angel⁹ q ỳgini cōceptū ỳbi nūciauerat añ oēs se agēs pastoribꝫ ipe euāgelisauerit gaudiū magnū z de natiuitate xpi militias celesti exercit⁹ ꝓuocauit ad laudādu deū z dicēs. Glia in excelsis deo Luc. j. Deinde ascēdentes angeli in celū cū iubilo hec nunciauerūt ꝯciuibꝫ suis. Tota igit supna curia exhilarata laudibꝫ z grārūactōibꝫ exhibitis deo pri. Venerūt oēs p ordines suos videre faciē xpi dei sui z adorabāt eum z matrē et⁹ cū oi reuerētia laudis psonātes cātica celestia. Et pbat B tali rōne. qz in nullo angelo ꝓtuisset cadere hec tāta supbia vt auditis talibꝫ nouis nō visitasset dñm deuz suū ꝯstitutū in terra: et ei⁹ matrē hūiliter salutasset. Hinc apls Hebreo. j. Et cū introducceret ꝓmogenitū in orbē terraꝝ dixit. Et adorēt eū oēs angeli dei. Vñ Aug. in q̄dam sermōe dic. O stabulū felix: psepe beatū: in q̄ nascit xps z reclinat oim de⁹. ibi circūdabāt btām ỳginē angelice potestates. ibi erāt milia miliū exultātiū. ibi vagiebat xps i stabulo z fiebat leticia magna in celo resonās glia deo in altissimis: z in terra pacē hoībꝫ bone volūtat: qz descēderat pax vera de celis. Hec Aug. Idcirco Anſ. dicit. Dū būc puuluz inter man⁹ suas versari z ad vbera sua pēdere circūstantibꝫ z famulatu obseqntibꝫ angelis videbat btā maria q̄ pcor affectu mouebat pi⁹ anim⁹ ei⁹. Dum ḡ videret maria angelos adorātes xpz cū mre ipa. iubilādo cū Gabriele i ascēsu ei⁹ de bethleem ad templū putas q̄ntū gaudebat. Nam et Chryſ. in q̄dā sermōe dic. Infinita inquit militia angeloꝝ ad gliose ỳginis obsequiuz esse deputatū nullaten⁹ ambigim⁹ vt eā custodiret ambiētes z c. Terciū ꝯciliū de gratissima oblatōe. Primo qz ꝯsiderabat q̄ sūmū mun⁹ deo offerebat adeo q nūq̄ a seculo talis oblatio facta fuerat. Vñ fm Ludolfum vbi sup. credit genuflexo talia ỳginē in templo ỳba dixisse. Ecce sctē pater pñto tibi filiū tuū eternalit genitū z meū quē cōcepi z pepi ỳginitate manēte deū vez. Secundo qz ꝯsiderabat virgo btā anio pio q̄ multiplicē vtilitatē z fructū ex hac oblatiōe acq̄reret toti mūdo. Obtinuit eim mūdo misericōiam dei. Vñ canit in introitu hodierne misse ecclia. Suscepim⁹ de⁹ misericōiam tuaz in medio tēpli tui. qz p hāc oblationē flexus est de⁹ ad miserādū mūdo. Itē p B obtinuit pacē inter deū hoīes z angelos. Vbi aduertendū q qñcūq̄z irascebat de⁹ duobꝫ modis poterat facere pacē cū eo q̄s in veteri testamēto. Primo p pniam verā. iuxta illud scriptum Ezech. xviij. Cōuertimi z agite penitentiā de oībꝫ iniq̄tatibꝫ vestris z nō erit vobis in ruinā iniq̄tas. Et tñ B mō q̄siuit adā pacē generi hūano: z nō obtinuit. Secōo p oblationē z hostiā sicut solebat fieri in veteri testamēto ad placādū deū. Et nūc spūaliter offerētes de corde oblatōes affectionuz sctāꝝ z de corpe hostiā bonoꝝ opeꝝ placamus deū. iuxta illud apli. Obsecro vos vt exhibeatis corpa vra hostiā sctām deo placentē z c. Et tñ Dauid cū dedisset centū milia pondera auri. et argenti mille milia: atq̄z alioꝝ metalloꝝ sine pondere ad edificatōez templi. nec sic obtinuit q̄ ad posteros. Sz virgo hac oblatiōe gratissima deū pacauit z toti mūdo pacē acq̄siuit. qd Symeon p̄sentiēs orauit se i hac pace dimitti di. Nūc dimittis seruū tuū dñe fm ỳbum tuū in pace. Hoc figuratū est Gen. viij. vbi legitur q Noe emittēs colūbā de archa reuersa ē ad vespaz portās ramū olive virētis in ore suo Intellexitq̄z Noe q de⁹ pacē dedisset in terra z siccata eēt terra ab aq̄s. Ista colūba est btā ỳgo que felle amaritudīs caret. qz tota pia z benigna ē cū sit mr misericōie. vt canit ecclesia q̄ portauit hodie xpm virentē in gra z virtute in signuz pacis z c. Tercio deniq̄z gaudiū hauriebat cor virginis in hac oblatione qz ꝯsiderabat ei⁹ significationē. q vicz sicut hodie voluit xps seipm offerri: ita dabat significari q ipse oblatur⁹ esset seipsum in cruce p homīs salute. Et sicut quinq̄z ſiclis est redemptus: ita ipe quinq̄z ꝓncipalibus vulneribus mundum esset redemptuꝝ rus. Et sicut eius mater Maria astitit in hac oblatione: ita astare debebat iuxta crucis oblationē z c. Gaudebat igit virgo sup

generis humani significata redemptõe ꝛc.
Quartũ gaudiũ habuit ꝺ̃ suauissima portatõe: qꝛ sentiebat maximã suauitatẽ cũ xp̃ꝫ in vlnis cũ ingẽti amoris dulcedine portabat a q̃ portabat. Si em̃ senex Symeõ accipiẽs xp̃m ĩ vlnas p̃ leticia ꝛ suauitate cordis fatiscẽtiũ mẽbꝛoꝝ p̃ senectute debilitatẽ nõ sentiebat: ſz ꝟtute indut⁹ ex alto xp̃ꝫ suauiter portabat: iuxta illud qꝺ̃ canit ecclesia, Senex puerum portabat: puer aũt senem regebat: quẽ ꝟgo ꝯcepit ꝛc. Multo magis id credẽdũ est de maria. Hoc gaudiũ tãgit Aug. in ſmõe vbi sup̃ dicẽs sic, Leta igitur maria gestat infantẽ exultãs filiũ amplexat portat a q̃ portabat. Hec ille, O aĩa deuota nõne ꝛ tu gaudiũ sumeres si xp̃m ĩ vlnis portares ꝛc.

Capl'm. II.

Secũdo q̃ternario describũt alia q̃tuor gaudia btẽ ꝟginis q̃ habuit in hac purificatione. vt igit ad p̃missa cõnumerem⁹ Quintũ gaudiũ habuit btã ꝟgo de mirãda reuelatiõe, Cetera ei miraculis p̃mõstrat⁹: ꝛ docẽte spũsctõ reuelat⁹ est ꝛ cõpꝛobat⁹ bñdicte ꝟginis marie ꝟginalis part⁹. Qꝺ̃ claret p̃mo ĩ reuelatõe facta Zacharie p̃ri Johis baptiste ſm Orige. iuxta cui⁹ dicta eo q̃ hec hystoria nõ ẽ ꝯ rõnẽ vel scp̃turã creditur a plerisq̃ Zacharias fuisse pontifex in ordie vicis sue tpe q̃ btã ꝟgo de bethleẽ venit in hierl'm portãs ĩ vlnis dñm ihm ascẽdẽs in tẽplũ ad purificationẽ, ip̃m aũt tẽplũ p tria interstícia erat diuisum. In vno stabãt p se ꝟgines puelle, In scꝺ̃o mulieres maritate, In tercio vidue Cogitabat itaq̃ btã ꝟgo ad q̃rũ societatẽ stare deberet. Et qꝛ sciebat se eẽ virginẽ deliberauit ire ad ꝟginũ interstitiũ. Quo cuꝫ venisset ꝟgines eã deridebãt di. Tu cũ filiũ in vlnis teneas quõ dignã te putas nr̃o ꝯsortio, vade hinc ad pares tuos. Tũc dña vultu verecũdo ĩclinato capite iuit ad maritatas, Et ille etiã eã ceperũt ꝟbis impetere di, Tu es mulier supba: qꝛ noluisti nobiscũ stare ſz ad ꝟgines ire: ꝛ tanq̃ paupi ꝛ abiecte nõ curauerũt locũ dare. Unũ cogitauit btã ꝟgo q̃ si iret ad viduas ille eã magis refutarẽt eo q̃ nõdum erat viduata: ꝛ idcirco patiẽtissime ferẽs nec verbũ p ꝟbo dans iuit cũ sũma hũilitate et posuit se in vltimo loco tẽpli p⁹ oẽs mlieres O hũilitas bñdicte ꝟginis. o patiẽtia ei⁹ in exemplũ oĩb⁹ data, ecce regina celi cũ sit super oẽs mlieres bñdicta stat vltimo loco q̃si ad ꝯsortiũ mlier idigna. Interea Zacharias p̃tifex ipi⁹ baptiste Johis pat de sanctuario exiens ꝛ videẽs btãm ꝟginẽ stare sequestratã cũ filio replet⁹ ẽ spũsctõ coguitq̃ ip̃am eẽ virginẽ matrẽ dei ꝛ hoĩs. Et statim cepit xp̃m filiũ ei⁹ publica voce ꝯfiteri. Accipiens q̃z manũ btẽ ꝟginis duxit eã ad locũ dignissimũ in ꝯsortiũ ꝟginũ ꝓtestans ꝛ dl. Quoniã hec ẽ ꝟgo ꝟginũ de q̃ ꝓphauit Esaca. vij. Ecce inq̃t ꝟgo ꝯcipiet ꝛ pariet filiuꝫ Et h̃ ei⁹ nat⁹ ẽ vere saluator isrl', de⁹ ꝛ hõ redẽptor mũdi. vñ oẽs mirabant, Et stetit in illo loco honoratissimo btã ꝟgo vsq̃ ad tẽpus oblatõis sui filij. Et tandẽ iste Zacharias pontifex p̃ isto testimonio facto de xp̃o a iudeis interfect⁹ est. iuxta illud Math. xxiij Usq̃ ad sanguinẽ Zacharie filij barachie quẽ occidist̃ inter templũ ꝛ altare. Hec ſm Origen. Scꝺ̃o q̃z claret in reuelatõe facta Symeoni, Legit em̃ in glosis biblie sic etiã refert Egesippus in li, de supplemẽto euãgelice ꝟitatis. q̃ Symeon iste erat rabbi. l. magister inter iudeos. Qui cũ Esaiã interp̃tarẽt ꝛ ad id ꝟbuꝫ glosandũ puenisset. Ecce ꝟgo ꝯcipiet ꝛ pariet ꝛc. Visum ẽ sibi h̃ fore impossibile vnde dixit iniuriã factam fuisse Esaie, eo q̃ vicio scp̃tor. tale vaticiniũ esset corruptũ scribẽtes ĩ hebꝛeo halma p alma, id ẽ virgo p iuuencula, iõ delcuit h̃. Mane facto aureas lr̃as isto sensu scp̃tas miraculose repit. Cunq̃ illo itex deleto tercia vice id factũ fuisset: mirans ꝛ stupens pressus ẽ somno ꝛ obdormiuit ꝛ surgens repit sicut ꝛ prius aureis litteris conscriptam ꝓphetiaꝫ. stupens aũt orationi se dedit. Mox quoq̃ responsum a spũsancto accepit: nõ visuruꝫ se mortem nisi videret xp̃m dñi de virgĩe natum: qꝺ̃ hodie est impletum. Unde patꝫ q̃ beata virgo hec omnia aduertens plurimuꝫ gaudebat. Sextum gaudium habuit de miranda gratie redundatõe, qꝛ vicꝫ ip̃a mediante multiplex gratia redundauit in sanctum Symeonem a dño christo, ſm magistrum Bartho. de pis. lib. cõformitatũ. Prima quidẽ quia a peccati macula si qua inerat vel infuisset xp̃us eum purgauit ꝛ forte in gratia confirmauit et gratum exhibuit p̃ pter quod dicitur in euãgelio q̃ accipiens ihm in vlnas bñdixit deũ, s. p accepto bñficio, Scꝺ̃a gr̃a qꝛ eũ sctificauit ꝛ gubnauit.

Secũda veritas q̃ pctm̃ originale habet esse in supiori parte aĩe rationalis et nõ inferiori: nec in aĩa sensitiua. Ratio, quia in eodẽ est reatus ad penã ⁊ ipsa pena. Pena autẽ dãni est in portiõe supiori: vbi esse habet glia btitudinis: cuius carẽtia vel puatio est ipsa pena damni: q̃niã priuatiua habent fieri circa idẽ subiectũ, vt dicit Aresto, ij, piar. Tercia veritas q̃ pctm̃ originale est in volũtate et nõ in intellectu, qz iusticia ⁊ iniusticia habent fieri circa idem subiectũ, sed iusticia est in volũtate et oẽ peccatum est aliq̃ iniusticia. igit ⁊c, hãc deductõnem facit Anselm⁹, ⁊ sic patet q̃ pctm̃ originale est in supiori pte rationis ⁊ in volũtate vbi habet esse meritũ vel demeritũ pena vl gloria.

Capitulum. VII.

Septima ꝓsideratio, q̃ sunt illi q̃ cõtrahũt peccatum origiale. Pro q̃ notãdũ q̃ sicut declarat egregi⁹ doctor Johes de Segobio in editioue ꝓcilij Basilieñ, tria req̃runt ad hoc vt q̃s origiale peccatũ ꝓtrahat.

Primo parentũ trãsgressoz generatio.
Secũdo naturalis ab eisdẽ ꝓpagatio,
Tercio diuini decreti coartatio,

Primo inquã requirit vt talis p generationem descẽdat a parẽtib⁹ trãsgressoribꝫ contra legẽ a deo datã homini. Nã si parẽs noster Adã nõ fuisset trãsgressus pceptũ dei d̃ ligno vetito: nos filij eius nõ ꝓtraxissemus originale peccatũ: q̃d deriuatũ est in nos ex actuali pctõ p̃mi parẽtis vt in diffinitione origialis peccati supra tactũ est. Itẽ si deus denuo formaret vnũ hoiem: nõ de carne p̃moz parẽtũ nostroz sed aliũ de: talis esset sine originali, ⁊ fm doctri. Sco. sup. ij. disti. xxij. Si adã nõ peccassz ⁊ postea cayn ei⁹ fili⁹ natus peccasset: solũ posteri vl filij a cayn nati cõtraxissent origiale pctm̃: deriuatum in eos ex peccato actuali parẽtis ipsorum scz cayn. Filij ꝯo adam alij nõ ꝓtraxissent. Secũdo requirit q̃ ab eisdẽ parẽtibus trãsgressoribꝫ naturaliter ꝓpagef, quia si quis ꝓpagaret ab adã supnaturali mõ nõ cõtraheret originale pctm̃, vt patet de christo q̃ licet ab adaz duxerit originẽ: tm̃ ex mõ sue generatõis nõ potuit cõtrahere peccatũ originale, eoq̃ nõ naturalr est generatus sed ꝗtute spũssancti supnaturalr de ꝗgine sine viro est natus ⁊ cõceptus. Vñ Leo papa in sermone de natiuitate dñi dicit. Solus inter filios hoim dñs noster iesus christus innocẽs nat⁹ est, q̃a solus sine carnali cõcupiscẽtia cõcept⁹ factus est hõ. Et ideo fm Sco. in tercio, dist. iij. Si christus fuisset purus homo ⁊ nõ deus: q̃a tm̃ miraculose natus est de virgine: nõ ꝓtraxisset origiale peccatũ. Tercio req̃rit q̃ talis naturaliter ꝓpagatus per diuinũ decretũ vl sententiã artef, q̃a si q̃s speciali ꝓuilegio a cõmuni lege vel decreto speciali gratia dei ꝓueniente vel ꝑseruãte eximat: nõ ꝓtrahit origiale peccatũ. Et ꝓpter hoc fm nostros doctores licet beata virgo ex modo sue ꝓpagationis habuisset vnde cõtraheret origiale peccatum eo q̃ naturaliter ex Joachim et Anna sit ꝓpagata, tm̃ quia gra dei in eius ania cõcreata eã ꝑseruãte merito ꝓueniẽtis christi iꝑa legẽ nõ artabat sed exẽpta erat: nõ cõtraxit pctm̃ originale. Unde ad q̃sitũ respõdet: cũ scz q̃rit: q̃ sunt illi q̃ ꝓtrahũt peccatũ originale. Rñdet fm Frã. maro, q̃ circa hoc q̃tuor leges ponunt. Prima lex cõmunis est eoz oim generalr q̃ in vtero matris cõi lege ꝓpagati sunt ⁊ tales omẽes ꝓtrahunt. Secũda est lex specialis eorũz q̃ in vtero mris sctificant ⁊ tales ꝓtrahũt q̃dem in sua cõceptõe origiale pctm̃. sed postea p diuinã gram sanctificantẽ mũdant. Tercia est lex singularis: quãdo quis natus cõtraheret de se ⁊ ex modo ꝓpagatiõis: ꝑseruatur tamẽ singulari gratia ꝓueniẽte, sicut ponitur in matre dñi. Quarta est lex supnaturalis: quãdo q̃s nec cõtrahit nec nat⁹ est cõtrahere ex modo sue ꝓpagatiõis, sicut est christus de virgie natus Idcirco dicit Augusti, sup Johannẽ. et Leo papa vbi supra Ipse solus inter filios hoim fuit agn⁹ q̃ solus innocẽs natus est. scz ex modo sue generatõis, q̃a solus supnaturaliter nat⁹ de virgine. nec p hãc autoritatẽ negat quin beata virgo sit etiam innocẽs cõcepta per spe-

cialem gratiā preseruantē ꝛc. Ex p̄missis omnib⁹ elucidari pōt quō potuerit cōcipi sine pctō origīali beata virgo: ꝛ quō fuerit de facto p̄seruata: nō obstāte naturali ꝓpagatiōe, qđ claret si singulas causas p̄missarum questionū ꝛ ꝯsiderationū pēsamus. Nā si aduertimus p̄mo: vnde ortū habuerit originale pctm̄ in nobis, q̄a vicz ex peccato primoꝝ parentū quo p̄uati sum⁹ originali iusticia. Ex hoc plane accipi pōt ꝙ ip̄a excipi potuit a dānatōe illius peccati ꝑ gratiā specialē: sicut ꝛ exēpta fuit a maledictiōe prime mulier̄ s. In dolore paries filios ꝛc. Itē licet ipsa caruerit originali iusticia potuit tn̄ habere ꝛ de facto habuit in p̄mo instanti creatōis aīe sue gratiā que equiualet q̄ꝫtum ad acceptationē diuinā originali iusticie: vt ꝑ hoc ꝙ q̄s habet gratiā nō insit ei originale pctm̄. sicut latius dictum est ꝑte. j huius libri. ar. ij. ca. iij. Itez si aduertim⁹ secūdam ꝯsiderationē scz q̄d sit origīale peccatū in nobis. Sil'r ꝛ terciā scz q̄liter inficitur aīa ꝑ peccatū originale Clarescit: qꝛ speciali dei dono ꝛ p̄uilegio bn̄dicta virgo preseruari potuit: ꝛ de facto dispēsari cū ea maternus honor exigebat. Itē si aduertim⁹ quartā ꝯsideratōem scz a quo infligit̄ originale peccatū: q̄a nō nisi a lege diuina: cū deus nō sit astrictus suis legib⁹. clarū est: quia potuit eam eximere speciali priuilegio a cōmuni lege: qđ ꝛ fecit. Itē si pēsamus quintam. s. quādo ꝯtrahit̄ origīale peccatū. s. q̄a in instāti aniatōis. Eodem mō ꝛ sextam scz vbi habet esse origīale peccatū: quia nō in carne sed in supiori portiōe anīe rationalis Clarere pōt: q̄a exq̄ caro beate ꝟgīs in conceptiōe anteq̄ꝫ aīata fuit origīale peccatum nō habuit nisi radicaliter ꝛ f̄m causam: proq̄ꝫto ex adam naturali mō ꝯcepta fuit. et nō f̄m actū vel effectū: cum tunc nōdum anīa creata fuit in qua origīale esse habet. In instanti aūt aīatiōis quōcūq̄ꝫ accipias originale peccatū siue ꝑ infectōne cōtracta ī aīa ex vnione ad carnē seminatā per actum carnalis ꝯcupiscētie: siue ꝑ carētia origīalis iusticie debētis inesse ꝓtunc ip̄i aīe f̄m Ansel. nullo modo ipsius aīa originale pctm̄ contraxit. quia si p̄mo modo accipiat̄ peccatuꝫ originale: deus potuit a tali infectōe carnē mūdare añ aniationē. iuxta illud Job. xiiij. Quis p̄t facere mūdū de īmūdo cōceptū semine: nō. ꝛc. Et dato ꝙ nō mūdauerit: anīa tanq̄ꝫ lux spūalis nō ꝯtrahit sordes a corpe sicut a sordido vestimēto. vt patuit s̄. Sil'r si accipiat̄ originale pctm̄ secūdo mō: potuit deus in instāti creatiōis aīe cōcreare gratiam cū illa anīa: qđ et fecit vt esset gr̄a plena ꝛ tota pulcra ac amica đi que ab eterno erat dilecta ꝛ electa: ꝛ sic animā in gr̄a existētem infundēdo corpi. Et hoc mō nō fuit beata virgo debitrix originalis iusticie in conceptione vel aīatiōe. Habuit em̄ donū eq̄ualēs scz gr̄am. Hec f̄m Scotū sup. iij. di. iij. Deniq̄ꝫ si aduertim⁹ cōsideratōeꝫ septimā scz q̄ cōtrahūt originale: ibidē dictū est quia ipsa singulari lege p̄uilegiata fuit. qđ et pōt tali rōne ꝑsuaderi. q̄a beata virgo tenuit mediuꝫ tanq̄ꝫ mediatrix īter xp̄m sub q̄ erat: et inter nos cōes homīes sup q̄s erat Ordo igit̄ ꝛ decor vniuersi req̄rebat: vt sic fuit in mūdo vna ꝑsona q̄ oīno īmunis fuit ab originali pctō tā carne q̄ꝫ aīa. scz christus. Et etiā erat ꝑsona q̄ vtroq̄ꝫ mō hꝫ originale pctm̄. scz oēs cōiter hoīes. sic eēt ꝑsona media. s. Maria que q̄dāmodo haberet originale pctm̄. s. in carne vel in causa ꝓpter naturalē modum ꝓpagatōis. ꝛ q̄dāmō nō haberet origīale pctm̄. s. in anima vel in effectu. O itaq̄ꝫ felicissima maria ꝟgo mundissima in qua nulla est macula memēto qꝛ te deus elegit ab eterno vt sis mater purissima ꝛ hūani generis mediatrix ꝛ aduocata. Eya ergo o pijssima dn̄a vnica spes nostra tuo filio nos recōmēda ꝛ illos tuos misericordes oculos ad nos cōuerte: ꝛ iesum bn̄dictū vteri tui fructū in celo nobis fruēduꝫ sine fine cōcede O clemēs: o benignissima: o dulcissima maria: da nobis ꝑ tua merita vt q̄ te purā ab om̄i pctō credim⁹: ꝑ te purificati a pctīs: tecuꝫ vna cum dulci Jesu tuo nato cōregnare valeamus.

¶ Articulus secundus de soluendis difficultatib⁹ circa hāc materiā occurrentib⁹.

Secūdum misterium dicit̄ soluēde difficultatis. Circa p̄missa nanq̄ꝫ septē precipue occurrunt difficultates q̄b⁹ aduersarij solent opponere ꝛ nitunt̄ ꝓbare ꝙ scz beata virgo fuerit cōcepta in peccato origīali. Et istud nobis sup̄est: vt videlicet ipsas difficultates soluamus: q̄bus solutis facillime

patebit respõsio ad oĩa que in cõtrariũ possent argumẽta adduci.

Prima difficultas de virgĩs sctĩficatõe.
Secũda de virginis liberatione.
Tercia de eius redemptione.
Quarta de penarũ inflictione
Quĩta d̃ singl'ari xp̃i p̃uilegio ⁊ honore.
Sexta de ianue celestis clausione.
Septĩa de ml'tor̃ sctõr̃ ꝯria assertiõe.

Prima nanq̃ difficultas occurrit de virginis bñdicte sctĩficatõe. Nam ipsa vere sctĩficata dicit̃ in vtero materno Juxta illd̃ p̃s Sctĩficauit dñs tabernaculũ suũ.i. mariã Sed si beata virgo nullo pctõ fuit infecta nõ videt̃ quõ ipsa dici valeat sctĩficata vel purgata. Sed hec difficultas soluit̃. q̃a sepius in scriptura dicit̃ aliquid esse sanctificatũ vel purgatũ: nõ ab aliq̃ preuia macula que inextitisset tali rei: cũ nullã infectionem habuerit. sicut exẽpligratia angeli boni dicunt̃ sanctificati Esa.xiiij. Mãdaui sctĩficatis meis.glo.i.sanctis angelis meis. ⁊ tamẽ sine vllo pctõ. Item christus dicit̃ sctĩficatus Joh.x. Quez pater sctĩficauit ⁊ misit in mũdũ: vos dicitis q̃a blasphemas: q̃a dixi filius dei sum: ⁊ tñ xp̃s a nullo pctõ fuit mũdatus q̃ nunq̃ potuit infici pctõ. Item angeli dicunt̃ purgari. q̃a s̃m Dionisiũ de angelica hierar.tres sunt act⁹ hierarchici.purgare: illuminare: ⁊ p̃ficere. Deniq̃ sancti in glorificatiõe dicunt̃ purgari Malachie.iij Purgabit filios leui quasi auruz: et colabit eos quasi aurũ ⁊ argentũ. ⁊ tñ cõstat in angelis bonis ⁊ etiã in sanctis glorificat̃ nullum esse pctm̃. Preterea ipsa bñdicta ꝟgo in verbi incarnatiõe dicit̃ p̃ fidem mũdata testimonio btĩ Anselmi de ꝯceptu virginali: ⁊ tñ tunc nullũ habuit inq̃namentũ. Uñ Bern.sup̃ cantica.ser.xxij. dicit Usitatũ est in scripturis sctĩficatõez p̃ mũdicia poni vl' cõtinẽtia. Nõ obstãte ergo hoc maria dicit̃ vere sctĩficata ⁊ purgata: nõ q̃dem a labe q̃ infuit p̃ aliqd̃ instãs: sed q̃ infuisset nisi p̃seruata fuisset. Hec s̃m Fran.maro. Secũda difficultas de beate Marie liberatione Nam nõ liberat̃ quis a peccato qd̃ nõ habet. Sed beata virgo d̃r liberata p̃ christuz vnacũ oĩbꝫ cõiter hoĩbꝫ. Unde Leo papa in sermone de natiuitate dic̃. Saluator nr̃ sicut p̃ omnibus liberãdis venit: ita nulluz liberum a reatu repperit. Item Aug⁹. Nemo liberat̃ a massa peccati nisi in fide redẽptoris ⁊c̃. Hec difficultas soluit̃ sicut prima. quia beata ꝟgo dicit̃ liberata nõ a reatu qui infuerit: sed q̃ infuisset si p̃seruata nõ fuisset. Et q̃ liberari dici valeat q̃ preseruat̃ ostendit̃ ex scriptura. Nã p̃s. hoc mõ orat liberari dicens. Eripe me de luto vt nõ infigar: libera me de ore leonis. Itẽ idem. Eruisti aĩam meã ex inferno inferiori.i. p̃seruasti. Cõstat em̃ ip̃m dauid nõ fuisse in inferno inferiori.scz dãnator̃. Item Thobie.xij Elemosina a morte.s.eterna liberat.i. p̃seruat. Item Prouer.xxiij. Noli subtrahere a puero disciplinã. si p̃cusseris eum virga nõ morieť. Tu virga p̃cuties eum ⁊ aĩam ei⁹ de inferno liberabis.id est p̃seruabis. Sz diceres: sequit̃ ergo q̃ sup̃uacue fuerũt sanctificatões in virgine posite a doctoribꝫ: q̃niã quid morbidi vel ĩmũdi emũdaret̃ nõ erat. Respõdet̃ q̃ dicte sanctificationes nõ fuerunt vacue. Quãuis em̃ nõ erant ad fomitis ligationẽ: vt q̃busdam placet. neq̃ ad eius attenuationẽ: vt alijs libet. neq̃ ad totalẽ euacuationẽ vt pleriq̃ ferunt: tamen erãt ad virtutis instructõez ⁊ venustat̃ oĩs boni: ad verbi dei cõceptionẽ: atq̃ ad meritorũ virginis ⁊ p̃mior̃ augmẽtatõem: vt neq̃ primã similẽ neq̃ parẽ sequẽtem haberet

Tercia difficultas de redemptiõe. quia constat q̃ beata virgo indiguit redẽptore ⁊ sicut ceteri sancti per christi passionem est redempta. Unde christus est redẽptor oĩm Ideo Remigi⁹ sup̃ Heb.ix. Christus p̃ p̃prium sanguinẽ introiuit semel in sctã eterna redẽptõe inuẽta: dicit sic. Christi sanguine oẽs homĩes redempti sunt a seruitute: q̃ propter per peccatũ primi parẽtis capti tenebant̃. Si ergo Maria nõ fuit peccato capta quomõ potest dici redempta. q̃r Augustinus in epistola ad Optatũ de origine anime dicit sic. Redemptus dici nõ potest nisi qui vere p̃ peccatum fuit ante captiu⁹. sicut scriptum est. Si filius vos liberauerit: vere liberi estis. Ad quod respondet̃ q̃ nõ obstãte tali p̃seruatiõe mater domini dicitur vere redempta: ⁊ pre alijs redempta: non q̃dem a peccato quod contraxit de facto. sed quod cõtraxisset ex modo sue p̃pagationis naturalis: si per dei gratiam p̃uenientem p̃seruata nõ fuisset merito mortis christi filij sui p̃uise. Et hoc declaratur s̃m

Fran.maro.tali exemplo. Si aliquis dñs redimeret a seruitute aliquos duos. vnum illorũ postq̃ est natus: aliuz dum adhuc est in vtero matris vel anteq̃ cõceptus est dãdo priuilegiũ libertatis cõcepturo. In hoc casu vterq̃ est redẽptus z nullus eorũz seruus est. sed vnus est redemptus a nota seruitutis quam cõtraxit. alius a nota quã cõtraxisset nisi redemptus fuisset: z nulli dubium q̃n efficacius z nobilius sit redemptus q̃ fuit puẽtus ne seruus esset: q̃ ille qui post seruitutẽ fuit liberat⁹ ab ea. sic maior grã fit ei cui cõseruat innocẽtia q̃ cui remittit culpa. vt declarat Aug. sup Luc z Gen. Mater ꝗo dñi redempta fuit a seruitute quã ex se cõtraxisset. sed omnes alij ab ea quam cõtraxerũt. ergo ipsa pre alijs redempta est.

Ad verba Augustini vbi supra Respõdet q̃ duplex est redẽptio. scz pseruãs z eleuãs. vt patuit in exemplo pscripto. De secunda nõ de prima verificant verba Augusti q̃ ñ est redemptio eleuãs nisi a culpa. Sec⁹ aũt de redẽptõne pseruãte. vt patet. nam Esaie xxix. dicit. Propter hec dicit dñs ad domũ Jacob q̃ redemit Abraam. et Neemie nono habet q̃ domin⁹ redemit abraã. quia scz eduxit eũ de vr chaldeoꝝ: ipsum pseruãdo a cõbustione ignis: vt ferũt historie. Itẽ aplus ad Gal. iij. dicit Christ⁹ redemit nos de maledicto legis: factus p nobis maledictũ. quia scriptũ est. Maledictus oĩs q̃ pẽdet in ligno. Et tamẽ istã maledictionẽ nos in tẽpore gratie nunq̃ habuimus: quoniaz per mortẽ christi lex totaliter fuit euacuata.

Quarta difficultas de penaꝝ inflictione. Nam si pseruata est a peccato originali: q̃re ergo penas peccati originalis passa ẽ beata virgo scz mortem. Si enim caruit oĩ peccato caruit etiã merito mortis et aliarũ penalitatũ peccati origĩalis. ergo iniusticia facta est ei cum mortua est z passa penalitates multiplices peccati originalis. Et sic de⁹ iniustus retributor esset: z marie qm̃ fm Augustinuz. ij. sentẽtiaꝝ. dist. xlij. Deus nõ priṽtor est q̃ sit q̃s peccator. Nec possum⁹ dicere ipsam passam vel mortuã pro redẽptõne generis humani vl salute. quia hoc essz ad cõtumeliã christi. seq̃ret enim q̃ christus nõ esset sufficiẽs redẽptor. Cum igit beata virgo habuerit penas peccati originalis et nõ per assumptionẽ: sed p ꝓtractionẽ. sequit q̃ fuerit infecta peccato origĩali. Hec difficultas soluit. Quia fm Bonauẽ. sup. iij. di. iij. ac Fran. maro. gratia sctificatõis nõ obuiat pene sed tm̃ culpe. Et hoc ostendit exẽplis. Nam Johãnes baptista fuit sctificatus z a peccato originali purgatus: z tamẽ a pena peccati originalis nõ fuit liberatus totaliter. Similr ania pueri ĩ baptismo abluit a sorde peccati: z nõ liberat a pena. Itẽ christus sine vllo reatu peccati fuit: et tamẽ sustinuit penas peccati originalis Esa. liij. Vere languores nostros ipse tulit: z dolores nostros ipse portauit. Itaq̃ dicit q̃ mater domini per grãm puenientẽ licet fuerit a culpa pseruata: nõ tamẽ a pena totaliter liberata vel pseruata. Vel vt alij dicunt licet diuina gratia puenit anie infectionẽ in beata virgine: non tamẽ puenit carnis feditatẽ: quoniã per cõcubitũ cõcepta est. z ideo ratione illius feditatis iuste remãserunt ĩ virgine penalitates. Sed remanet dubiũ supposita potestate de cõgruitate ipsa. Quare scz tales pene fuerunt inflicte virgini: cum non essent necessarie hũano generi sicut pene christi. Rndet fm Franciscũ maro. quia erant materia exercẽde virtutis: vt. s. per patientiã talium merita cumularet. Unde sicut Job fuerũt pene magne inflicte ad exercendam eius patientiã. ita virgini ad pficiendã gratiã. Virtus enim in infirmitate pficit. vt ait aplus. ij. Coꝝ. xij. Quinta difficultas de christi priuilegio singulari z honore. Nam hoc est singulare christi priuilegium quia solus ipse innocẽs cõceptus est vt dicit Aug⁹. z Leo papa. Unde si ipsa est cõcepta sine peccato originali: sequit q̃ eq̃tur christo: quod est cõtumelia christo: cum eius honor et priuilegiuz singulare alteri attribuit. Hec difficultas soluit: q̃ nõ obstante tali pseruatione mater dñi non equiparatur christo. sed est inferior ipso in hoc priuilegio multipliciter. Primo q̃dem q̃ christus non indiguit pseruatione: quia nõ fuit cõceptus per naturalem ꝓpagationem vnde nec fuit ex modo sue ꝓpagatõis aptus nec potuit contrahere peccatum. Lex enim originalis peccati nõ fuit lata nisi cõtra ꝓpagandos naturaliter ex Adam. Sed beata virgo indiguit pseruatione: et ex modo sue generationis apta fuisset cõtrahere peccatum: z vtiq̃ ꝓtraxisset nisi pseruata fuissz

ꝑ gratiaꝫ vt supra patuit. Secũdo quia christus nõ indiguit redẽptõe: cum ex modo sue singularis generatõis nõ fuit aptus ꝯtrahere illũ reatũ seruitutis, virgo aũt indiguit gratia ꝑueniẽte ne laberet. Tercio quia anĩa christi in ꝯceptõne seu creatione fuit vltimate sctĩficata: nõ aũt aĩa virginis: cum vlteriorẽ sctĩficatõem suscepit in verbi incarnatiõe Luc. j. Spiritussanctꝰ supueniet in te. Quarto quia anima christi mox vt fuit creata fuit vnita verbo ac cõprehẽdens ⁊ beata, ex. iij. sniaꝝ. Anima aũt virginis nõ fuit beata ⁊ verbo vnita vl' cõprehẽdens q̃uis fuerit sancta. Hec Fran. maro. Et sic patet ꝓpositũ. Sexta difficultas d̃ ianue celestis clausione. Nam ianua celestꝭ nulli est clausa nisi merito originalis pcti. Si ergo beata virgo nõ habuit peccatum originale: q̃ro vtꝝ si ante christuꝫ mortua fuisset statim ad celum euolasset: an nõ? nõ potes dicere ꝙ euolasset, quia sic nõ ꝑ christuꝫ fuisset ianua apta, ergo sequit̃ ꝙ nõ euolasset ante christũ ⁊ ꝑ ꝯsequẽs habuit vt videtur originale peccatũ. Hec difficultas solui tur ꝑm Scotũ sup. iij. dist. iiij. ꝙ ianua celestis fuit beate virgini clausa sicut et ceterꝭ nec est apta nisi ꝑ meritum passionis christi qm̃ vt dicit apl'us Colos. j. Placuit ei per ipsum scꝫ christum recõciliare oĩa siue que in celis sunt siue que in terrꝭ. Sed ista clausio ianue beate virgini nõ ꝓpterea fuit ꝙ inesset ei peccatũ originale, quoniã passio xp̃i sic ꝑuisa ⁊ acceptata coram deo erat in ordine ad beatã virginẽ vt ꝓpter merituꝫ huius passionis scꝫ xp̃i nunq̃ꝫ inesset pctm̃ ipsi virgini matri xp̃i, ⁊ ita nec inesset aliquid ꝓpter quod sibi ianua clauderet. Sed ista clausio ianue fuit: quia ex origine cõpetebat virgini vnde ianua sibi clauderet sicut ⁊ alijs. Nec sequit̃ ꝙ si mortua fuisset ante christũ statim in celũ euolasset. imo vt videt̃ in limbum patrũ descẽdisset: nõ ꝓpterea quia peccatũ inesset: sed quia ex origĩe infuissꝫ sicut et ceteris nisi ꝑseruata fuisset. Nõ si dicas Si nõ habuit peccatũ originale vtiq̃ꝫ statĩ euolare debuisset. Dico ꝙ falsum est q̃a sancti patres purgati fuerunt ab originali: ⁊ tñ nõ ascẽderũt in celũ ante christum passum. eoꝙ clausa fuit ianna vsq̃ꝫ ad solutionẽ p̃cij Ita em̃ decreuerat deus ꝙ licet acceptaret passionẽ christi ꝑuisam ad remittendũ culpam originalẽ omni credẽti passionẽ illam: nõ tamẽ remittebat penã scꝫ carẽtiã visiõis diuine ꝓpter illã passionẽ vt soluꝫ preuisam: sed per ipsam vt p̃sentialiter exhibitã, et ideo sicut sanctis patribꝫ nõ patuit ianua q̃usq̃ꝫ fuit exhibita passio christi, ita ꝓbabile videtur ꝙ nec beate virgini. Hec Scotus.

Septima difficultas de multoꝝ cõtraria assertione. Si itaq̃ꝫ benedicta virgo pia fide credẽda est cõcepta sine peccato originali: quare vel vnde est ꝙ multi doctores cõtrariũ asserũt: ⁊ tenẽt ipsam fuisse cõceptam in peccato originali. Ad quod respondet̃ ꝑ tria puncta. Primo q̃dez dico ꝙ hoc est ideo, quia om̃es illi doctores voluerũt ĩcedere per viam legis cõmunis que oẽs naturaliter ex adam ꝓpagatos obligat ꝑm rõnem semĩalem sicut sancta tradit scriptura, vñ Ro. iij. Omnes in adam peccauerũt et egẽt gloria dei. Et quia sanctorũ autoritas solum christum excipe videt̃ de hac generalitate. nõ tamẽ negãt doctores q̃n deus potuerit beatam virginẽ ab illa lege cõi eximere, sed qm̃ credit̃ ꝙ btã virgo sit naturaliter ꝑm rõnez semĩalẽ ꝓcreata, nec est autoritas scripture de eius ex hac lege exceptione manifesta. Idcirco ꝓbabiliter putauerũt eam peccato fuisse originali obnoxiã: nõ audentes legi cõmuni cõtradicere: nec audẽtes eã exemptã dicere. Propterea igitur diuersificati sunt doctores in hac re, quia q̃dam putant eam fore lege cõmuni claudendã: q̃daꝫ eximendã. Secũdo dico cum Frã. maro, ꝙ om̃es autoritates sanctoꝝ et dicta doctoꝝ tenentiũ eam esse peccato originali obnoxiã: loquunt̃ ⁊ sonãt ac intelligi debẽt ad hunc sensum: ꝙ vicꝫ beate virgini hoc ex sede cõmuni lege cõueniebat: q̃a naturali sue ꝓpagationi cõpetit ꝙ originale peccatũ contrahere debuisset, vt supra ostẽsum est: tamẽ oppositũ habuit a deo speciali gratia ꝑueniente. Nec in hoc fit sanctis iniuria si eorum dicta exponant̃, sicut sacra scriptura exponit̃ ⁊ ĩtelligit̃, quia sancti in suis eloquijs sacra scriptura tanq̃ꝫ regula ⁊ lumĩe vtebant̃ vt testat̃ Dioni. de diui. no. cap̃. ij. Et ꝑ hoc solui pñt om̃es ꝯtrarie autoritates, q̃a oẽs loquunt̃ de peccato origĩali solum ꝑm causam quam q̃dem habuit beata virgo ex ꝓpagatiõe naturali ⁊ nõ ꝑm effectum. Tercio dico ꝙ vnusquisq̃ꝫ magis tenet̃ matreꝫ

dei venerari q̄ aliquoꝝ doctorū opinionez in hoc passu extollere: maxime cum iam ecclesia in ꝯcilio Basilieñ. statuerit id pie credendū de beata virgine ꝙ sit concepta sine originali peccato. ac Sixtus papa diuino officio de hoc edito et indulgētijs corroborauit. Unde in hoc sum cum August. li. de natura ⁊ gratia di. Cum de peccatis agitur nullā de matre dñi ꝓpter reuerentiā dñi volo fieri q̄stionē. i. dubitabilē ꝓpositionē. sed potius indubitāter ipsam in ꝯceptōe sui teneo pia fide fuisse sanctā. Sed calūniātes hanc autoritatē Augustī exponūt q̄dam et dicūt ꝙ Aug⁹. ibi loquit̄ de peccatis actualibus ⁊ non de originali. Ista tamē expositio ſm Fran. maro. est Primo īpia: qꝛ virginis priuilegia nō sunt artāda sed ampliāda Secundo est falsa: quia intentio Augustini est ibi (vt inducit̄ in. iij. Sniaꝝ) istud attribuere virgini ꝓ priuilegio singl'ari super om̄es sanctos. Si igit̄ hoc acciperet̄ tm̄ d̄ peccato actuali nō esset hoc tanq̄ singulare sup om̄es priuilegiuz attribuendū virgini. quia etiam innocētes caruerunt om̄i peccato actuali. O igitur virgo bñdicta vita spes et cōsolatio nostra. quid de te dicere valeamus. quanta deuotione te laudemus. qua temeritate te quis asserere audeat originali peccato fuisse infectam? cum vt canit ecclesia. Felix es sacra virgo Maria et omni laude dignissima. ⁊ ꝑ ꝯseq̄ns etiam ista laude digna ꝙ dicaris a peccato p̄seruata. q̄a ex te ortus est sol iusticie christus deus noster.

¶ Articulus tercius ꝙ pium est credere beatam Mariam sine originali peccato fuisse conceptam.

Tercia contēplatio p̄ncipalis d̄r pie credulitatis Nam ad p̄missa adijciēduz est ⁊ declarandū q̄ piū sit credere ꝙ ipsa btā virgo fuerit ꝯcepta sine peccato originali. Qd̄ q̄dem aliqui aduersarij pluribꝫ modis vsq̄ ad ista nostra tp̄a impugnauerūt. Sed anno dñi M.cccc.lxxxij. Bulla speciali cui⁹ tenorē vidi: ipse Sixt⁹ papa. iiij. aplica autoritate reprobat ⁊ dānat assertiones ⁊ opiniones dicētiū ꝙ ecclesia nō ꝯceptiōem sed sanctificatōem virginis celebrat atq̄ tenentes mariā fore p̄seruatam ab originali; ꝓpterea essent heresi polluti. Oēs etiā libros eorū sup his ꝯfectos dānat. et ne pro veris legātur vel teneant̄ aut habeant̄ īhibet: sic ꝙ ꝯtra p̄missa facientes eo ipso sniaꝝ excōicationis ⁊ penā maledictōis eterne incurrāt: a qua solus papa ꝓprio ore ⁊ nō ali⁹ absoluere possit. Unde vt fideles magis inducātur ad huius p̄seruatiōis piam credulitatē septem rationes hic ponemus: quibꝫ id declaratur.

Prima est ratio honorificationis
Secunda est ratio vere dilectōis.
Tercia ratio suffragationis.
Quarta ratio cauēde offensionis
Quinta ratio vitande vltionis.
Sexta rō vie securioris.
Septima ratio fructificatōis

Prima est rō honorificatiōis. Nā si pia mēte ꝯsideram⁹ ꝙ tot ⁊ tāta bñficia ꝑ v̄ginē suscepim⁹: tātaq̄ dignitate bñdicta virgo est sublimata ꝑ filiū ꝙ vtiq̄ veꝝ est qd̄ ait Hiero. ad paulā ⁊ eustochiū dicēs. Quicq̄d humanis pōt dici v̄bis minus est a laude virginis. Debem⁹ igit̄ hoc priuilegio honoris eā extollere ⁊ laudare ꝙ dicamus eaz exemptā ab omni culpa. al's ñ deficit lingua humana in eius laude: nec debitū honorē matri dei impēdit cū eā peccatricez fuisse dicit et filiā diaboli per peccatū origīale ꝯtractū

¶ Insup q̄ro te quod hoꝝ est honorabili⁹ et gloriosius xp̄o. Utrū dicere ꝙ habuerit matrē ab oī pctō īmunē: an dicere: peccato maculatā. Cōstat q̄a p̄mū Ecc̄i. iij. Gloria hominis ex honore parētis. g̃ ⁊c̄. Uñ sicut decuit deo ꝓpl'm iudaicū in mari: ⁊ ꝑ. xl. annos eoꝝ vestimēta et calciamēta illesa p̄seruasse ꝓpter honorē ⁊ dignitatē populi illius eo ꝙ christ⁹ erat nascitur⁹ ex eo. Ita a fortiori decuit matrē ꝓpriā miracl'ose p̄seruasse ab oīs pctī macula ꝓpter honorē maternitatis.

Secūda ratio vere dilectiōis: qm̄ vt ait Anselm⁹ ad coanglicanos ep̄os. Nō videtur ver⁹ amator v̄ginis q̄ recusat colere festū cōceptōis. cui⁹ recusatiōis cā nō est alia nisi qꝛ credit̄ ab illis ꝙ sit in pctō originali cōcepta. Ut igit̄ eā vere amemus credam⁹ fore p̄seruatā. Tercia rō suffragatōis: vt vicz ꝑ hūc honorē sibi cōgrue exhibituz ei⁹ suffragia īpetrare ⁊ obtinere valeam⁹. Propterea ecclesia canit. Cū iocūditate conceptionem beate Marie celebremus vt ipsa

pro nobis intercedat ad dñm Jesum christum. Scriptuz nanq̃ est Joh. xij. Qui me honorificauerit honorificabo eũ. Itẽ Fortunatus in Omel. dicit. Grati⁹ est obsequz deo quod marie impẽdit q̃ q̃ sctõr culibet dirigit. q̃ debemus eam honorare ꝛc.

Quarta rõ cauẽde offensionis. Hã valde timẽdũ est ne eã offendam⁹: vtpote q̃ est mater gratie et mr̃ misericõie: qõ certe facit q̃ temerarie eam peccatricẽ asserit vl credit. q̃ niã vt Cirillus patriarcha alexãdrin⁹ libro quẽ fecit ꝓtra nestoriũ dicit. Post filiũ inq̃t temerariũ est ponere in Maria virgĩe maculã aliquã aut pctũ. Propterea mgr̃ henricus in q̃dam sermone q̃ incipit Cõsurge get virga: ait. Sacratissimã virginẽ quã deus ab eterno p̃ordinauit vt esset mr̃ dei subptãte diaboli fuisse ꝛ pctõ sorde infectã sentire nõ audeo: dicere ptimesco. ꝛ paulo ĩfra. Quis hãc virginem sub ira dei vnq̃ fuisse audeat dicere per quã sibi deus gen⁹ humanũ tanq̃ p mediatricẽ recõciliare voluit: dicat q̃ velit: ego dicere non audeo nec sentire: cũ in multis scripturis videt eam exemptã a lege cõi fuisse. Hec ille. Quinta rõ vitande vltionis: ne vltionez incurram⁹ ꝓpter offensionẽ p̃sumptuose assertionis pie sentire debemus de virgine q̃ sit ĩmunis. q̃ niã scriptũ est Eccĩ. iij. Maledictio matris eradicat fundamẽta. Maledicit matrẽ virginẽ q̃ eã peccatricẽ temerarie astruit. ꝛ hec maledictio eradicat fundamẽta gratie dei. Cauendũ est etiã ne si nõ celebremus festũ ꝓceptõis virginis illã vltionẽ subeamus q̃ scripta est Zach. vl. di. Percutiet dñs omnes gentes que nõ ascẽderint ad celebrandũ festiuitatẽ tabernaculoꝝ. q̃a tabernaculũ dei in quo habitauit est btã virgo. Sexta ratio vie securiozis. quia in oĩbus dubijs via securior eligẽda est ꝛ tutior. extra de cleri. ex cõica. c. illud. post medium. Et inter varias opiniones ꝓbabiles: sanior opinio seq̃nda est. extra de celebra. miss. c. Cum marthe. §. Quesiuisti. Sed hec via est sanior ꝛ tutior. q̃a p eaz plus honorat xp̃s ꝛ sctã mater ei⁹ q̃ p ꝓtariã opinionẽ. Et qz fũdat in imitãdo ordinatõem ecclesie romane de hoc festo cõceptionis atq̃ eius officij obseruationem quo habet expresse q̃ sit cõcepta Maria sine originali peccato. Ecclesia quippe romana mater est oĩm ecclesiarũ ꝛ non põt errare. sed in oĩb tanq̃ magistra est sequẽda. dist. xj. Quis. dist. xij. c. j. ꝛ se. ꝛ dist. xxij. Omnes. Vñ exq̃ nõ est certũ p scripturam expõssam: vtrũ virgo ꝓtraxerit originale peccatũ an nõ. Idcirco magis pietati cõsonuz est credere q̃ nõ ꝓtraxit dando sibi hãc prerogatiuã. ꝓpter honorẽ dñi: quia hoc autoritati ecclesie nõ repugnat. qm̃. ff. de regul' iuris dicit. q̃ in obscura rõne ingenuitatis fauẽdũ est libertati. Et hoc est qõ doctor subtilis sup. iij. dist. iij. dicit. Quod hoz verissimũ sit de⁹ nouit. Sed si autoritati ecclie nõ repugnat. ꝓbabile magis videt vt qõ excellẽti⁹ est attribuat Marie. Hec ille. Sz hoc nõ repugnat ecclie: imo ꝓcordat. vt patz ex cõcilio Basilieñ. ꝛ diuio officio. Septima ratio fructificatõis. quia ex hac pia fide fructus acquirit vite eterne ꝛ supne glorie. Unde Eccĩ. xxliij. Qui me elucidãt vitam eternã habebunt. Glo. elucidãt. i. ab oĩb in quinarũtis lucidã reddũt. Item. j. Regũ. j. Quicũq̃ glorificauerit me glorificabo eum Qui aũt ꝓtẽnũt me erũt ignobiles. Deniq̃ fructus acquirit indulgẽtiaꝝ. Nam vt dictum est ante: ipsum cõciliuz Basilieñ. concessit idulgẽtias ꝓ hui⁹ festi celebritate ꝛ sermoni vicz cẽtũ dies idulgẽtiaꝝ oĩb ĩteressentib missis ꝛ vespis ꝑmis aut secũdis et matutinis. Pro sermone aũt eiusdem festiuitatis centum q̃nquaginta dies. Insup Sixtus papa quartus: omnino easdẽ indulgentias concessit sicut cõcesse sunt in festo corporis christi. O igitur homo crede beatam virginem fuisse cõceptam sine origiali peccato pensando illius diuini habitaculi mũdiciam: in quo deus ꝛ dulcis redẽptor noster Jesus gratissime nouẽ mẽsibus requieuit. Utinam saperes ꝛ intelligeres eãq̃ digna laude beatificare valeres quaz beatam dicent omnes generatões. O vere mũdissima ꝛ ĩmaculata virgo maria. O vere gloriosa domĩa excelsa sup sidera ꝛ purissima ab omni macula: plusq̃ omnis creatura angelica puritate ipsa qua sub deo maior nõ est intellecta. Quibus te laudibus efferã. quid in tue sanctitatis ꝛ puritatis gloriã dicam: cum tu sis gloria hierusalem: tu honorificẽtia populi nostri: tu es mater mũdissima ab omni peccato preseruata. Mater inquam dei ꝛ domini iesu p̃dilecta. tu anime nostre refugiũ: tu spes ꝛ nostrũ auxilium: tu singu

lare cordis nostri solaciū: te dep̄camur: ad te clamamus: vt per illam summā tue puritatis gratiam nobis a dulci Jesu tuo impetra veniam: gratiam ⁊ gloriam. Amen. Explicit liber quartus.

Alius modus procedendi ī scripturis.

Item si volueris in hac re alium ꝓcessuꝫ facere: potes notare duodecim stellas fulgētes in corona beate virginis ad ꝓbandam eius īmunitatē a peccato originali radiantes. Prima stella dicit̄ diuina autoritas. Hanc ꝓsequere sicut habes parte p̄ma huius libri articulo tercio. p̄mo testimonio. Secūda stella ꝓphetica veritas. hanc ꝓseq̄re sicut habes ibidem secūdo testimonio. Tertia stella angelica attestabilitas: ibidē tertio testimonio. Quarta stella ecclesiastica irrefragabilitas. ibidem quarto testimonio. Quinta stella materna honorabilitas. hāc ꝓsequere vt habes eadem parte p̄ma arti. ij. ca. ij. §. ij. Sexta stella p̄eminentissima puritas. ibidem. §. iij. et etiam §. j. vbi allegat̄ Anselm⁹. Septima stella ꝑfectissima virginitas. hanc ꝓsequere ibidem parte. iij. xj. testimonio. §. iiij. Octaua stella bn̄ficij sublimitas. sicut habes ibidem arti. ij. cap̄. ij. circa principium p̄mi. §. Nona stella legum equitas. ibidem arti. iij. testimonijs. v. vj. vij. viij. ix. Decima doctorum famositas. ibidem testimonio. x. Undecima rationū ꝓbabilitas. ibidem testimonio. xj. Duodecima stella miraculorum limpiditas. ibidem. xij. Hec supra scripta de conceptione Marie breuiter volui huic libro inserere: ea magis q̄ apta sunt predicationi ꝓsequendo. Alia v̄o multa disputabilia in hac materia alibi latissime tractandum reliqui.

In nomine dn̄i Jesu ad beatissime virginis Marie honorem sequitur de natiuitate eius.

Quintus liber

Q est de misterio sanctissime natiuitatis benedicte virgīs marie. et habet tres partes. In prima agit̄ in generali de eius ortu dignissimo. In secunda de eius natiuitate magis in speciali. In tercia de nascentis virginis qualitate vel cōditione admirabili.

Pars prima de ortu Marie dignissimo et eius diuinali preordinatōe eterna ac sanctificatione ⁊ multiplici reuelatione.

Lux orta est iusto: rectis corde leticia. Verba sunt scti ꝓphete Dauid p̄s. xcvj. Qui longe anteq̄ nasceret̄ benedicta virgo eius ortum p̄uidit spūsancto inspirāte ⁊ eaꝫ luci comparādo ait Lux id est Maria orta est iusto id est christo ex ea nascituro qui est iustus ꝑ essentiā. Ipse em̄ est vt dicit̄ Malach. iiij. sol iusticie. Et propterea quoniā ex hoc toti mundo est salus orta. ideo subdit. rectis corde. scꝫ hominibus: leticia. Quibꝰ in verbis ꝑpulcre ostenditur q̄ summā dignitatem habuerit beata virgo in suo ortu: in eo q̄ luci cōparat̄: que est rerum dignissima. Lux quippe inter omnes creaturas excellentiā habet. precipue triplicem. Primo quia diuinalis cōformitatis: quoniam deus lux est ⁊ tenebre in eo non sunt vlle. j. Johannis. j. Secūdo quia lux est incōtaminabilis puritatis: eo q̄ non potest inquinari sordibus. Tercio quia lux est delectabilis qualitatis: quoniā dulce lumen ⁊ delectabile oculis videre solē. Ecc̄i. xj. Sic benedicta virgo super om̄es creaturas puras hac triplici fulget excellentia dignitatis: quoniā deo ipsa est proxima ⁊ cōformatissima per gratiam et gloriam Sapientie. vij. Candor lucis eterne et imago bonitatis illius. Item ipsa est purissima ⁊ incōtaminabilis: quoniam s̄m Anselmū ea puritate nitet qua maior sub deo nequit intelligi. Deniq̄ ipsa est anime humane ⁊ deuoto cordi suauis et delectabilis. quoniam vt canit ecclesia ipsa est vita dulcedo ⁊ spes nostra. O quis exprimere sufficiat q̄ suauis sit Maria oculis cordis ad respiciēdum: in cuius pulcritudine glorie omnes sancti delectantur. propter quod canitur. Speciosa facta es et suauis in delicijs tuis sancta dei genitrix. O q̄ suaue est anīe pie ad audiendū vl' loquendū de ea: qm̄ vt melliflu⁹ Bern. ait de seipso. Nil inquit tantū me delectat q̄ntū d̄ gloriosa virgine maria facere sermonē O q̄ suaue: o q̄ gaudiosum erit in celo cō-

regnare ⁊ colletari cum ea sine fine p'quam salus mundi credētib̄ apparuit: cuius vita gloriosa lucem dat seclo. Merito igit̄ eius ortus omnib̄ gaudium et leticiam ingerit. merito ⁊ digne oēs homīes ille dulc̄ citharista David ad letādum in eius ortu allicit cum dicit. Lux orta est iusto: rectis corde leticia. vere oīb̄ rectis corde leticia. ſ. penitētib̄: patiētib̄: viatorib̄ ⁊ triūphātib̄ in celesti glia. leticia viris: leticia mulierib̄: leticia puulis ⁊ senibus ⁊ omnib̄ fidelib̄ ⁊c. De eius itaq̄ ortu ad p̄sens tractare intendentes in generali tria misteria declarabimus.

Primū misteriū d̄ diuīal' p̄ordinatiōis.
Secūdum d̄ maternalis sctificatōis.
Tercium d̄ tpalis reuelatōis.

Articulus p̄mus qualiter ab eterno predispositum erat a diuina sapientia oriri beatam Mariam ⁊ p eam salutē mūdo fieri.

Capitulum. I.

Primū itaq̄ misteriū d̄ diuinalis p̄ordinatōnis quō vicz ortus btē virginis sit p̄ordinatus ab eterno ⁊ p cōcept̄ in mēte diuina. Ista quippe est vna magna dignitas beate virginis qua p sapiētis os gloriat̄ in epistola hui̇ solēnitat̄ que scripta est Prouerb. viij. Domin̄ inquit possedit me ſcz in cōmutabili volūtate ⁊ electiōe sua: in initio viarum suar̄ antec̄ q̄c̄ faceret: hoc est ab eterno antec̄ ipse deus aliq̄d creasset. vnde et addit̄ a principio. ſ. creationis mundi. ab eterno ordinata sum. ſ. vt essem dei mater. ⁊ ex antiquis. ſcz eternitatis antec̄ terra fieret. i. ante omnē corpalem cōditam creaturam. nōdum erāt abissi. i. pfunditates. Tota quippe altitudo vel pfunditas que est a celo empyreo vsq̄ terre centr̄ dicit̄ abissus ppter īmēsitatē. ⁊ omnes creature corpales ⁊ spūales ad altitudinē compate possūt dici abissi vt volūt doctores. Nondum ergo erāt abissi. i. nec celuz nec terra nec angeli q̄ etiā abissi sunt vocati ppter excellentiā suar̄ substantiarū. et ego inquit maria iam cōcepta eram. ſ. in mente opificis. Ex quib̄ oībus claret: quia ante oēm creaturā benedicta virgo fuit p̄ordinata ⁊ cōcepta in mente creatoris vt fieret mater dei et saluatoris nostri Jesu: quod est ei summa glia. Circa quod aduertendū ſm q̄ modo intelligēdi hūano cōtemplari possumus q̄ ab eterno in diuina p̄cipue mente inter alia quatuor vertebātur cōsilia vel questiones que p diuinam sapientiam sunt determiate et cōcluse.

Prima q̄stio de mūdi ruituri creatōe.
Secūda q̄stio de dei ex feia incarnatōe.
Tercia qō de p̄me femie. ſ. eue electiōe.
Quarta qō de feie ad id idonee ꝓditiōe.

Prima questio erat Quare mundū crearet quem ruiturū sciret. Dicebat nāq̄ pater ad filium ⁊ spūmsanctum. Scimus quia mūdus quem creaturi sumus ruet per peccatum tam in angelis q̄ in homib̄: ppter qō etiā alias creaturas corporeas punire oportebit ī detestationē peccati. Quare ergo debem̄ ipsum creare cum sciamus eum futurum esse malum. Et accessit vna ratio di. q̄ nō deberet creari taliter. Nil debet tale fieri quod sit in quotidianā offensam ⁊ iniuriam dei: quoniā omnia opera debent benedicere deum. iuxta illud Dañ. iij. Benedicite omnia opera dñi domino: laudate et sup̄ exaltate eum in secula. et omnia cedere debent in laudem ⁊ gloriam dei. Sed si mūdus creabit̄: tot̄ in maligno erit: sicut ⁊ nūc positus est. j. Joh. ij. Et totus ruet p peccatum: vt iam cernimus oculis nostris. Ne igitur videatur esse de̅ auctor mali nō deberet creari mūdus vt nō fieret peccatum. Nam scriptū est Jaco. j. Deus intentator malorū est. Adiecit̄q̄ ratio ipsa di. Deus et natura nil faciūt frustra. hoc dicit Aresto. ij phisicor̄. Sed frustra est quod nō attingit finem suum ſm cōmētatorem ibidez. Finis aūt mūdi aliū creaturar̄ rōnaliū esset beatitudo: vt vult magister in. ij. sniar̄. dist. j. ca. v. Hanc nō videt̄ quō cōsequent̄ cum per peccatū ruiture sunt. ergo nō debuit creari frustra. Hec questio decisa est per diuinā sapientiā: q̄ bonum est creare mūdum: etiā si sua malicia ruat̄ postea tali ratione. vt eīm vult Auḡ. in enchiridion. Nunq̄ deus p mitteret aliquod malū in mūdo fieri: nisi eēt adeo oīpotens vt etiā ex malis sciret bona elicere. Sciēs ergo deus mūdū ruitur̄: creauit ipm vt etiā post ruinā exīde bonū elicere. nā exinde mlta bona sūt elicita. Primo q̄dē ex hoc relucere hz diuīa bonitas: cuz se et suā bonitatē creaturis cōicauerit ex mera liberalitate: vt dicit Auḡ. ī enchiridiō. c. vj

Secūdo ex hoc relucet diuina iusticia cū post ruinaz obstinatos in pctō punit: vt nō sit dedecus culpe sine decore iusticie ꝑm eū dem Aug. ⁊ Ansel. lib. Cur deus. Tertō ex h̄ relucet diuina miscdia ⁊ pietas in expectādo peccatores ad penitētiam: ⁊ parcēdo penitētib⁹ Esa. xxx. Propterea expectat nos deus vt misereat̄ nostri. Quarto ex h̄ relucet diuina sapiētia q̄ ex malis bona sciat elicere: ⁊ post ruinā sciat repare. deniq̄z relucet diuina charitas ⁊ benignitas cum post ruinā ꝑ seip̄m mūdo q̄ nō poterat se liberare ⁊ repare voluit misericorditer subuenire. Vñ diffinitū est ꝙ mūdus deberet creari. Nec obstat ꝙ mūdus in maligno posit⁹ est qm̄ hoc nō ex deo sed ex ꝓprio arbitrio rōnalis creature factū est. Vnde deus nō est auctor mali, q̄a cuncta que fecit erant bona sed ꝑ abusum ꝓprie volūtatis facta sūt mala. Nec ideo deus fecit ea vt essent mala: ſz vt si vellent in bonitate ꝑsisterēt ⁊ coronarētur. si ꝟo vellēt ruerēt: nec tñ impune. vt dic̄ Grego. in moral. ⁊ Ansel. li. Cur de⁹ hō. Et qm̄ rō ipsa adiecit ꝙ de⁹ nil facit frustra. iō determīatū ē ꝑ diuinā sapiētiā ꝙ mūd⁹ suo fine frustrari non debeat sed repari debeat post ruinā ad btitudinis cōsecutiōez. Preterea exq̄ vidit deus ꝙ hāc ruinā nulla pura creatura posset reparare satisfaciēdo: nec aliter ꝯgrueret repari nisi filium suū in mūdū mitteret ad incarnādū ⁊ mūduz redimēdū. sicut patet ꝑ Anselmū li. ij. Cur de⁹ hō. Idcirco diffinitū est ꝙ ꝓ mūdi repatiōe filius dei carnē vel naturā humanā assumeret in q̄ satisfacere posset de pctō mūdi. Et de hoc latissime actū est supra li. j. ꝑ. j. art. ij. ꝑ totū. Hic cā breuitatis ꝑtrāseo ratiōes id ꝑsuadētes eoꝙ ibi sunt tacte. Sz circa hoc orta est secunda questio. Capitulum. II.

Secunda igitur q̄stio ꝯsiliata est in mēte diuina et tractata ista Vtꝝ ꝓ mūdi repatiōe deberet deus aliquā feminā creare: ex q̄ haberet carnē assumere. ⁊ sic mūdi ruinā restaurare femīa mediāte. Et ecce accessit vna rō di. ꝙ nō ꝯgrueret deum nasci vel carnē assumere ex femīa. ⁊ ideo nulla tal' eēt femīa creāda. Et ꝓbauit sic. q̄a q̄ nascit̄ ex femīa quandā īmūdiciā ꝯtrahit Job. xxv. Nō pōt hō mūdus apparere nat⁹ de muliere. Sed in deo nulla īmūdicia esse debet q̄ est lux ⁊ cādor lucꝫ ac speculuz sine macula. Sap. vij. ergo nō debet nasci de femīa. Potest em̄ dei fili⁹ carnē assumere etiā de viro sine femīa cū sit oīpotēs. sicut et eua formata est miraculose de viri costa sine muliere. igitur ⁊c̄. Ad hoc igit̄ rñdet diuīa sapia ꝑm Tho. in tercia ꝑte summe. q. xxxj. arti. iiij. ꝙ ꝓpter hāc rōnem nō min⁹ creanda esset vna talis femīa ex qua dei filius deberet nasci: ⁊ reddidit rōnem soluēdo p̄missa. Quia ī cōceptiōe vel genitura ex femīa nō est īmūdicia aliq̄ inq̄ntum est op⁹ dei. sed ꝓut ē ex peccato ꝓueniēs inq̄ntum scz homo concipit̄ ex libidine: sic cōtrahit̄ īmūdicia. Nam si hō nō peccasset in paradiso: sine tali īmundicia femina de viro generasset. ꝓpter peccatū em̄ dictuz est mulieri. multiplicabo erūnas tuas: in dolore paries filios Genes. iij. Vñ determinatū est ⁊ cōclusum ꝑ diuinā sapiētiam ꝙ illa femīa cōcipe deberet dei filiū sine libidine ⁊ sine virili semīe: sola opatione spūssancti cum illibata virginitate parere ⁊ summa puritate. Nec deus potuit inq̄nari nascēdo ex femīa: sicut nec lux inquinat̄ ad cōtactū sordidaꝝ rerum. Sed circa hoc adhuc ratio vna obuiauit dicēs. Quare deberet de⁹ mediāte femīa mūdū repare. s. nascēdo ex ea: cum eque bene posset deus carnem assumere de viro solo vel de q̄cūq̄z vellet materia. ⁊ maxime cū femina foret causa ruine mūdi. Ad quod rñdet diuina sapientia ꝑm Tho. in tertia ꝑte. q. xxxj. arti. iiij. ꝙ licet eque bñ filius dei posset carnē assumere de quacūq̄z materia vellet vl' voluiss̄z. tñ cōueniētissimū est vt nō nisi de femīa deus carnē assumeret triplici ratōe. Primo ne femine⁹ sexus tanq̄z vilior cōtemneret̄: ſz in matre dei nobilitaret̄ ac ad redemptōem ꝑtinere videret̄. Secūdo ne si aliūde deus carnē assumeret: nō verā carnē de⁹ assūpsisse crederet̄. ⁊ sic fides euanesceret. Tercio vt oīs hūane generatōis mod⁹ ⁊ diuersitas ꝑficeret̄. Nam p̄mus modus humane ꝓductiōis fuit sine viro et muliere. vt patet in Adam. Secūdus sine muliere de viro: vt in Eua. Tertius de viro simul ⁊ muliere vt cōmuniter in hominibus. Vnd̄ ꝓpter ꝑfectionē vniuersi debuit Quart⁹ modus induci q̄ est de femīa sine viro: vt ī exēplo ꝓut hec ponit anselm⁹. Et has rōnes ꝑ

missas de diuina incarnatõe ex femĩa tãgit August. lib. lxxxiij. q̃stionũ. ⁊ in epistola ad volusianũ. Unde ꝯclusum est ꝙ deus deberet nasci de femina ⁊ ipsa mediante mundum reparare. Sed circa hoc occurrit questio tercia.

Capitulum. III.

Tercia questio ĩ mẽte diuĩa vel in cõsistorio sancte trinitatꝭ orta est ⁊ tractata de ꝑme mulieris eue electiõe Utrũ vicꝫ ad id foret idonea ipsa ꝑma femĩa eua: vt scꝫ deꝰ nasceret ex ea ⁊ mediãte ipsa reparet mũdi ruina. Et vna rõ dicebat ꝙ sic. tũ quia ipsa foret creãda sicut ⁊ fuit postea creata in sũma nobilitate ⁊ origĩali iusticia in oĩ virtute ⁊ ꝑfectione: necnõ nature decore ꝑm August. in Omelia. Et habet de pnĩa dist. ij. §. Romanos. tũ quia miraclo maxĩo ĩter oẽs mulieres erat formata ꝟtute diuina ꝺ viro sine muliere. tũ quia vt dicit Greg. in quarto libro dialogoꝝ: in ꝑadiso existẽs assueuerat verbis dei ꝑfrui homo btõꝝ angeloruꝫ spiritibꝫ cordis mũdicia ⁊ celsitudĩe diuine visionis interesse. Unde ratio arguebat ꝙ ipsa ꝑ oĩbꝫ alijs mulieribꝫ ad diuinã incarnationẽ ex ipsa fiẽdã foret idonea. Sꝫ ad hanc q̃stionẽ diuĩa sapĩa respõdit ꝙ nullo modo liceret vt deꝰ carnẽ assumeret ex eua et mediãte ipsa mũdi ruina reparet. Primo qꝛ ipsa a diabolo foret decipiẽda ⁊ supãda: quod nõ decet dei matrẽ q̃ caput serpẽtꝭ foret ꝯtritura Gen. iij. Secũdo: quia nõ decet ꝙ vna peccatrix ꝑ quã totũ genꝰ hũanũ mortẽ incurrerat tãtũ exaltet vt sit dña mũdi: mater vite. i. dei ⁊ sup oẽs angelos sublimata: quod ꝯsequẽs est ad esse dei matreꝫ. Tercio: q̃a deus vẽturus est in mũduꝫ alios iudicare. Et idcirco nõ licet ꝙ ipse ꝺ aliquo peccato in se vel in matre rep̃hẽsibilis et ignominiosus existat. Uñ cõclusum est ꝙ creari deberet vna alia femĩa ex eua ꝓcedens ꝑ generatõeꝫ que esset puella sup oẽs sanctissima: summa nobilitate p̃dita. virtutibus ⁊ gratia plena. in naturalibꝫ ⁊ gratuitis p̃cellentissima: diuinoꝝ miraculoruꝫ camera: deo familiarissima, puritate nitidissima: angelis ⁊ homĩbꝫ dña: ⁊ plus q̃ꝫ Eua vel quecũqꝫ mulier mũdi: gratijs ⁊ carismatibus spũsscti sublimata vtpote que esset digna regina angelorum: ꝑadisi porta: et genitrix summi dei gloriosissima. Unde ex hoc orta est in mẽte diuina questio quarta.

Capitulum. IIII.

Quarta questio de femine ad id idonee conditõe videlicꝫ q̃lis deberet esse ista puella que deũ esset generatura ⁊ mundi ruinam reparatura. Ad quod diuina sapiẽtia respõdẽs. xij. cõgruẽtissimas rõnes ⁊ cõditiones declarauit ac diffiniuit q̃bꝫ bñdicta dei mater tanq̃ꝫ corona. xij. stellaꝝ honoratam ⁊ electã se a deo eternalr gl'iaret ⁊ gauderet coronatã. Prĩo nanqꝫ: q̃a deus sciebat eternalr ꝙ mulier q̃ foret causa ruine et pctĩ existẽs ꝟgo peccaret. Ideo decreuit ꝙ illa mulier q̃ ipm filiũ esset paritura ꝓ mũdi redẽptiõe virgo ꝑpetua foret. Secũdo sciebat ꝙ illa prima foret despõsata scꝫ Ade quã despõsationeꝫ deus ipse fecerat Gen. j. di. Crescite ⁊ mltiplicamini ⁊c. Ideo decreuit ꝙ ista que deũ esset paritura foret despõsata. Tercio: q̃a sciebat ꝙ illa ꝑma essꝫ inuentrix mortis ⁊ diuĩe ire. Ideo ordinauit ꝙ ista scꝫ maria foret inuẽtrix gr̃e et genitrix vite. iuxta illꝺ Luc. j. Inuenisti gratiam scꝫ quã ꝑdidit Eua apud dñm. Ecce cõcipies scꝫ vitam christũ q̃ ait Johis. xiiij. Ego suꝫ via veritas ⁊ vita. Quarto: quia sciebat ꝙ ꝑ illaꝫ. s. Euam esset claudẽda ianua celi. Ideo decreuit deus ꝙ ista scilicet maria foret porta celi. Unde canit ecclesia. Aue maris stella dei mater alma atqꝫ semꝑ virgo felix celi porta: q̃a per eã patet salus. Quinto sciebat deꝰ ꝙ prima mulier que fuit causa mali esset per malũ angelũ visitanda: tentanda: ⁊ ad cõsentiendũ alliciẽda. Ideo decreuit ꝙ ista scꝫ Maria ꝑ bonũ angelũ essꝫ salutãda: informãda ⁊ ad fidem excitãda: atqꝫ ad cõsentiendũ inducẽda in filij dei ĩcarnatione. Sexto: quia sciebat deus ꝙ prima mulier cõsentiẽdo verbis diaboli conceptura erat ⁊ paritura iniquitatẽ et peccatum. Iuxta illud p̃s. Ecce parturit iniusticiam: concepit dolorem et peperit iniquitatem ⁊c. Idcirco statuit ꝙ ista scilicꝫ benedicta virgo cõsentiendo deo ad verba angeli et dicendo verbum obedientie. scꝫ Ecce ancilla domini: fiat mihi ꝑm verbũ tuum: conciperet filium dei qui destrueret opera diaboli. Septimo quia sciebat deus ꝙ illa

accepit fructū de ligno ⁊ comedēs misit per guttur in sua interiora. ideo decreuit ꝙ ista scz bñdicta virgo in suis visceribꝫ castꝫ acciperet fructū bñdictuz. s. Jesum quē pareret ligno crucis affigēdū: ⁊ sic viuificaret mundū ꝑ euam occisum. vñ Aug. Illa. s. eua occidēdo obfuit: ista viuificādo ꝓfuit. ꝑcussit illa: sanauit ista ⁊c. Octauo q̄a sciebat deus ꝙ ꝑ illā hūanū genus in mltas miserias et necessitates deuenire ꝺberet. Idcirco statuit vt ista ꝟgo bñdicta esset hoībꝫ in oī necessitate subleuatrix ⁊ aduocata. vñ Bern. Sileat miscdiam tuā o bñdicta ꝟgo q̄ ī necessitate meminit te sibi defuisse inuocatā

Nono quia sciebat deus ꝙ illa foret mater oīm peccatoꝝ suoꝝ filioꝝ. ideo decreuit ꝙ ista beata virgo foret mater miscdie oībꝫ peccatoribꝫ ac gr̄e: ꝓpter quod canit eccl'ia. Maria mater gr̄e mater miscdie tu nos ab hoste ꝓtege. s. q̄ hostis in eua nos ꝑemit. et ī hora mortꝫ suscipe. s. tanq̄ꝫ pia mater venie.

Decimo qꝛ sciebat deꝰ ꝙ illa in pctō concipet suos filios et cū grauamīe portaret ac dolore parturiret. Idcirco decreuit ꝙ ista virgo btīssima sine pctō cōcipet: sine grauamine portaret: ⁊ cum gaudio pareret suū filium ꝑ quē a peccato nos mūdaret ⁊ in filios adoptaret ⁊c. Undecīo q̄a sciebat deus ꝙ illa suo lacte infecto enutriret filios suos q̄bus ꝓpīauit amarissimū venenū mortis. ideo decreuit ꝙ ista purissimo lacte ꝟgineo enutriret suū natuz christū: cuius caro ⁊ sanguis oībus nobis filijs marie adoptatis ꝓpināda erāt in cibuz ⁊ potum vite eterne: vt patet in sacramēto eucharistie. Duodecimo qꝛ sciebat deus ꝙ eua foret pctī initiū ex qua redundaret culpa in omnes nos suos posteros: ⁊ in qua habitaturꝰ esset diabolus ꝑ pctm̄ ⁊c. Idcirco statuit ꝙ ista bñdicta virgo esset nobis initiū oīs boni et salutis: in qua habitaret deꝰ ⁊ que plena essꝫ gratia ⁊ omni sctītate: de cuius plenitudīe redūdaret gratia in nos oēs filios ade ꝑ generationē: ⁊ filios marie ꝑ adoptionē christi ac regenerationē. Hinc Anselmus libro orationū. O femīa mirabil'r singularꝫ ⁊ singulariter mirabilis: ꝑ quā elemēta renouātur: angeli repant̄: inferna euacuant̄: hoīes saluant̄. O femina plena ⁊ supplena gr̄a. de cuiꝰ plenitudinis redūdantia reuiuiscit oīs creatura. Hec ille. Sic igit̄ patet quō deꝰ ab eterno p̄ordinauit oriri debere in mūdo istā bñdictā virginē Mariā ⁊ ꝑ eius diuinū partū repari mūdū. O igit̄ peccator vide q̄ntū debes diligere: quātum ve reuereri mariā: per quā deus disposuit ab eterno saluari aīam tuā. O quāta deuotiōe debes ei seruire quam si matrē miscdie a deo prestitam non haberes: ab eterna morte per tuaz matrem Euam inducta: nunq̄ꝫ liberatus esses.

Articulus secundus de sanctificatiōe beate Marie in vtero sue matris. Cap̄ I.

Secūdum misterium circa ortum beatē virginis declarandū dicit̄ maternalis sanctificationis. ꝑutile nanq̄ꝫ est scire quō ipsa pia dei mater maria fuerit sctīficata in suo ortu. Circa quod quatuor cōtemplemur.

Prīo vtꝝ fuerit in vtero mr̄no sctīficata.
Secūdo qñ fuerit sanctificata
Tertō vtꝝ p̄ alijs scīficatꝫ fuerit scīficata
Quarto q̄tiens fuerit sctīficata

